NOTÆ.

[1] IPSI Fatimitæ genus ſuum ab Alide filio Abou Talebis et Fatimâ filiâ Mohammedis deducebant; ſed hujus fabulæ paucis fidem faciebant. Khaliphæ Abaſſidæ, qui inter Bagdadienſes, et Ommiadæ qui inter Hiſpanos rerum ſummarum potiebantur, originem quam Fatimitæ ſibi ipſis vendicaverant, unâ voce oppugnabant. Anno Hejræ 402 (ut refert Elmacinus) diploma promulgavit Cadrbillah, Abaſſida, contra Khaliphas Ægypti, in quo aſſeruit eos eſſe genere Diſſanos et religione Khowarajios, i. e. diſcipulos Ebn Diſſani, qui opinionum illarum ineptiſſimarum de amoribus ſolis atque lunæ auctor fuit. Quantam verò fidem adhibebant Ommiadæ nobilitati Fatimitarum, cernere licet acutâ illâ reſponſione Khaliphæ cujuſdam Hiſpani quam commemoravit Soiuthi. Cûm Aziz enim Moezi filius huic Ommiadæ per literas objeciſſet, quod titulum Khaliphæ, minimè proſapiæ ejus jure tribuendum, ſibi arrogâſſet, hæc pauca ei reſcripſit

Ommiada عرفتنا هجوتنا لو عرفناك اجبناك "Me cognoſcis et derides, ſi te cognoſcerem reſponſum tibi redderem."

[2] Formula loquendi Arabibus uſitatiſſima, cùm de re aliquâ ignorantiam ſuum profiteantur.

[3] Primus Fatimitarum qui regnavit in Africâ, fuit Abu-Mohammed-Obeidallah-Almahedi; irruptionem fecit Obeidallah in iſtam provinciam ſub anno Hejræ 298, et Aglibitis (quos Abaſſidæ, Africanis præfecerant) omninò ſuperatis, totam Africam nec non et Siciliam in ſuam poteſtatem redegit. Obeidallahi in imperio ſucceſſit filius ejus Abu-Alkaſem-Mohammed-Alkaim: poſt eum regno potitus eſt filius ejus Almanſur-Iſmail; et eo mortuo Almoez ad ſolium evectus eſt.

[4] Khalipharum Abaſſidarum fuit Almotaia quadrageſimus quartus.

[5] Id eſt ſectam Shiitorum (qui negabant Abubecrum, Omarum et Othmanum legitimos eſſe Khaliphas) ſequebatur: hanc religionem Perſæ hodie profitentur.

[6] Idem ſonabat Akhſhid inter Farganos (ſecundum ſcriptores Arabicos), ac Cæſar inter Romanos et inter Perſas Coſroes. Ille vero Akhſhid, qui huic Dynaſtiæ nomen tribuit, fuit Abubecr Ebn Taji; ſummam auctoritatem per multos annos tenebat in Ægyptios Syroſque; mortem obiit A. H. 334, et dominium ſuum filiis reliquit. Hi vero nomine tantùm Imperatores erant, omnia enim ad nutum Cafuri Nigritæ (qui ſervus fuerat

Akhſhidi) reverè dirigebantur. E vivis exceſſit Cafur A. H. 358, et ob ætatem Alidis, Akhſhidi nepotis, pueri undecim annorum, rerum adminiſtrationem exercebat Hhoſan; ſed irruente Jawharo, fortunæ Fatimitarum omnia ceſſerunt et nomen et dominium Akhſhidorum funditus everſa ſunt.

[7] Dinarus ex auro conflatus erat et Methcal unum pendebat, olim valebat xx et ſubinde xxv Dirhemos. Dirhemorum autem, cùm primò inſcriptione Arabicâ ſignati ſunt, ſcilicet A. H. 78 (ut refert Elmacinus) genera erant tria; quorum primum, Dinarorum inſtar, unum Methcal pendebat; ſecundum ſemimethcal; et tertium $\frac{3}{5}$ ejuſdem ponderis: imò poſtea quoque accepimus alium Dirhemum in uſum fuiſſe Moſlemis, qui $\frac{7}{10}$ Methcalis pendebat. Primum igitur genus, valeret noſtrorum nummorum (ubi pondo argenti in 62 Solidos cuditur) o£. o *s.* 8 $\frac{19}{48}$ *d.*; ſecundum o£. o *s.* 4 $\frac{19}{96}$ *d.*; tertium o£. o *s.* 5 $\frac{3}{80}$ *d.*; quartum o£. o *s.* 5 $\frac{421}{480}$ *d.*; et ſi medium ex his omnibus ſumamus, Dirhemus ad 5$\frac{3}{4}$ *d.* rediret; et Dinarus ad 10 *s.* 7$\frac{1}{2}$ *d.* In hoc calculo, auctoritate Cámuſii fretus, Methcal ſuppoſui æquale fuiſſe 1$\frac{1}{7}$ τȣ درهم Dirhemi, quod erat pars duodecima اوقية Aukitæ, et ſeſquidrachmam Atticam (ſeu 45.6 granis) æquabat.

[8] Ad id genus carminis, quod Arabici poeſeos magiſtri nominaverunt البسيط Expanſum, ſunt hi verſus referendi. Carmen iſtud integrum octo-

narium, literas in ſe continet 48, quarum 28 ſunt *motæ*, reliquæ *quieſcentes*, (i. e. è 28 ſyllabis metrum conflatum eſt) et pedes habet مستفعلن فاعلن, ſeu Epitritum tertium à Cretico ſecutum, quater repetitos; ut

Vitæ dies ſplendidus mutabilis turbidus
Spes ſæpius decipit mortalium credulas.

Verſus autem hujuſce generis, modò octonarii, modò ſenarii (ultimo pede, à fine utriuſque hemiſtichii ablato) uſurpantur; Menſuræ igitur ſenariæ, pedes erunt مستفعلن فاعلن مستفعلن bis repetiti, et ſic eam repreſentare poſſumus

Vitæ dies ſplendidus mutabilis
Spes ſæpius decipit mortalium.

Per unam earum mutationum (ſeu figurarum) dictam Chablam, quas verſus Arabici ſubeunt, et ſic à primo ſuo ſtatu variè recedunt, menſura iſta مستفعلن فاعلن مستفعلن, fit مستفعلن فاعلن فعولن: ut

Vitæ dies ſplendidus ſerenus
Spes ſæpius decipit caducas.

Hujus carminis exemplum protulit Clericus in Proſod. Arab. P. 60.

اصبحت والشيب قد علاني
يدعي جثيثا الي الخضاب

Eodem metro utitur Poeta noſter, niſi quod pes

primus hemiſtichii ſecundi (quem Arabes Abtadaum vocant) ſyllabam ſuam primam per figuram Chabnam brevem habeat, i. e. pro مستفعلن, مفاعلن legatur. Menſura ejus igitur ita ſe habebit;

Vitæ dies ſplendidus ſerenus
Virûm fefellit genus caducum.

Si horum verſuum ſcanſio (more Græcorum) breviter exprimenda eſſet, dicerem carmen eſſe Expanſum-Hexametrum-Chablatum, Abtadaum habens Chabnatum.

Vereor ut rectè reddiderim vocabulum البطاقة, propriè denotat, *chartam panno affixam cui pretii nota inſcripta eſt:* hìc forſan referendum eſt ad illum libellum, quem imago infra commemorata, manu ſuâ tenebat.

[9] Neſcio an hic idem ſit Vizirus de quo mentionem fecit Macrizi in ſuâ hiſtoriâ Ægypti (Cod. MS. in Bib. Acad. Cantab. Dd. 11. 8.) his verbis;

لم وقع اسم الوزارة علي احد في ايام المعز لدين
الله واول من قيل له الوزير في الدولة الفاطميين
الوزير يعقوب بن كليس وزير العزيز بالله بن المعز

"Titulo Viziri nemo inſignitus fuit temporibus Almoazi: Jacobus filius Caliſi qui munere Viziri ſub Alazizo functus fuit, primus omnium in imperio Fatimitarum hoc nomen accepit."

[10] In genus ignotum Fatimitarum (qui ut jam ante diximus, Alide auctore gloriabantur) hìc ludit Poeta. Verſus quartus ad verbum redditus ſonabit, "Patrem memora poſt patrem ſepti-

mum," i. e. "Dic nobis quiſnam fuit Obeidallahis proavus." Si Arabicis ſcriptoribus Abu Alwahabo, Abubecro Balanienſi, aliiſque non paucis, fides adhibenda ſit, avus Obeidallahis erat Judæus ignobilis qui artem clauſtrariam exercebat. Per *prolem Heſhami* in verſu nono, Khaliphæ Abaſſidæ ſunt intelligendi; ſic cognominabantur ab Heſhamo Mohammedis proavo, à quo originem ſuam duxerunt.

Horum quoque verſuum mentionem fecit auctor libri cui titulus eſt مفرج الكروب في تواريخ بني ايوب i. e. Angorum diſſipatio, in Aioubitarum hiſtoriâ (Cod. MS. L. 1. 6. in Bib. Acad. Cantab.) Sed in nonnullis locis paululùm à noſtro codice recedit, ſic enim ſcribit;

ان كنت فيما تدعي صادقا
فاكشف لنا عن جدك السابع
او قدر الانساب مشهورة
فادخل بنا في النسب الواسع
فان انساب بني هاشم
يقل فيها طمع الطامع

Pertinet hoc poema ad genus carminis السريع Velox vocatum, et ad ſecundam ejus ſpeciem, quæ (ſi more Arabum loquendi utar) in ultimis pedibus duorum hemiſtichiorum admittit figuras Casfam et Taiam, hâc ſcilicet menſurâ مستفعلن مستفعلن فاعلن bis repetitâ: è duobus igitur Epitritis tertiis, et uno Cretico conſtat, et hoc modo exprimi poteſt.

Vitæ dies mutabilis ſplendidus
Spes ſæpius mortalium decipit.

Hoc metrum in primo hemiſtichio versûs ejus ſecundi accuratè obſervatur, cujus hæc eſt ſcanſio

ان كنت في | ما تدعي | صادقا

Reliqui verſus, per multarum confluentiam figurarum, ab hâc normâ pauliſper deflectunt; eandem autem *menſuram* omnes ſervant, ſimiliter ac verſus Heroici Latinorum et Græcorum, qui inter infinitas illas varietates ex pedum diſpoſitione, *menſuræ* ſuæ Dactylicæ-Hexametræ-Acatelecticæ nunquam obliviſcuntur. Carminis Velocis menſura nativa conflata eſt è pedibus مستفعلن مستفعلن مفعولات bis repetitis; ſeu è duobus Epitritis tertiis et uno Epitrito quarto, ut

Vitæ dies mutabiles ſerenati
Spes ſæpius mortalium fefellerunt.

At verſus integri hujus generis nunquam in uſum veniunt, ne literâ motâ terminaretur pes ultimus hemiſtichii ſecundi; ſunt igitur modò ſenarii, modò dimidiati ſeu ternarii, et multis figuris ſunt obnoxii. Noſtri poematis menſuræ, exemplum habemus in Clerici Prof. Arab. P. 106.

هاج الهوي رسم بذات الغضا
مخلولق مستعجم محول

Eam verò dicerem eſſe, Velocem-Hexametram-Taiatam-Casfatam.

[11] قلت. in textu legitur, forma loquendi quâ utuntur Arabes cùm locum aliquem ex aliis ſcriptoribus citaverint.

[12] Secundum Gulielmum Tyrium (qui totam rem fusè narravit) eccleſiam quidem diruit Hhacam, ſed minimè eam reædificare curavit; illo autem mortuo, "Aldhaherus ad petitionem Imperatoris Conſtantinopolitani eccleſiam reædificandi fidelibus conceſſit poteſtatem; ſic ergo obtentâ licentiâ, et ſumptibus de imperiali ærario miniſtratis, eam reædificaverunt anno ab incarnatione Domini 1048, triceſimo verò ſeptimo, poſtquam diruta fuerat." Gul. Tyr. L. 1.

[13] Sic reddidi vocabulum ملوخية, utpote quod ad genus Malvarum nonnihil pertinet; his enim verbis (inter alia) utitur Abdollataphi in eo deſcribendo; الملوخية ويسميها الاطبا الملوكية ولعمري هي الخبازي البستاني والخطمي قال الاسرايلي رايت نوعا ثالثا من الخبازي يسمي بمصر ملوخية السودان ويعرف بالعرق بالشوشنديبا وقوته وفعله وسط بين الملوخية والخبازي لانه اقل غذا من الملوخية واكثر من الخبازي "Meloukhita nomen habet *regii medici*, et idem profectò eſt ac Malva hortenſis vel Althea: ait Alaſraiili, tertiam ſpeciem Malvæ vidi, quæ in Ægypto nuncupatur Meloukhita Æthiopica, et ab Iracenſibus, Shouſhnedæa, hæc tum quoad virtutes, tum formam, medium quaſi locum tenet inter Meloukhitam et Malvam, alimentum enim præbet hoc minus, illo majus." Abdol. P. 8.

Secundum Profp. Alpinum, "Melochia eft herba blito perfimilis, folia tamen anguftiora, longiora, acutioraque. Semina funt in maximo apud eos ufu ad omnes affectus quibus femina Altheæ conducere compertum eft, nam Melochia facultate planè fimilis Altheæ videtur. In cibis nihil eft ipsâ Ægyptiis familiarius vel gratius: decoquunt enim in aquâ vel jure carnium, ut nos betam elixare folemus."

Auctore Macrifio (Cod. MS. Dd. 11. 8. in Bib. Acad. Cantab.) Aldhaher filius Hhacami, fimul atque regno potitus eft, has omnes inftitutiones patris, penitùs abolevit;

وشرب الفقاع واكل الملوخية وجميع السماك.

"Cerevifium bibit atque Meloukhitam edit, nec non pifces omnigenas."

[14] Cubitus Ægyptius (ut docent Danville et Bailli) æqualis eft $21\frac{1}{2}$ unciis Gallicis; i. e. $20\frac{1}{10}$ Anglicanis; fecundum Bruce (Trav. Vol. iii. p. 680.) Cubitus Ægyptius æquat $17\frac{3}{5}$. unciarum noftrarum.

[15] Quid fibi velit auctor nofter per vocabulum ضلع nefcio, forfan fcribi debet زلع, quod fonat *manus fiffura*, et tunc palmum denotare poteft.

[16] Vix foret credibile, nifi teftibus graviffimis firmaretur, hunc Hhacamum tot criminibus et tantâ dementiâ infignem, fe in Deum evexiffe et complures habuiffe difcipulos qui divinitatem ejus agnofcebant: imò tantùm valuit error ifte ridiculus impiufque, ut etiam hodie apud Druzos,

qui loca inacceſſa Libani tenent, nomen Hhacami ſummo honore habeatur, et Numen omnipotens, æternum, ſub ejus perſonâ colatur.

Obiter hic obſervandum eſt, multos ſcriptores aſſeruiſſe quòd Druzi ortum ſuum habuerint à militibus Godfredi de Bullione; conſtat autem, illos olim fuiſſe in monte Libano ante tempora Herodoti, à quo dicuntur Δηρουσιαιοι; à Benjamino Tudelenſi in Itinerario ſuo (p. 34.) nuncupantur דוגזי mendosè pro דורזי.

[17] Hiſtoriam huic non valdè diſſimilem refert Ebn Haſham, quam ſic Latinè reddidit Pocockius in Spec. Hiſt. Arab. p. 155. "Detexit torrens ſepulchrum in Yeman in quo jacebat fœmina cujus in collo ſeptem erant è margaritis contexti torques, in manibus et pedibus ſingulis armillæ, ornamenta cruralia et brachialia ſeptem, in unoquoque digito annulus in quo magni pretii gemma, ad caput autem ciſta divitiis referta et tabella cui hoc erat inſcriptum; In nomine tuo O Deus! Deus Hamyar! Ego filia Di Shafar miſi obſonatorum noſtrum ad Joſephum, quo tardante, miſi ancillam meam cum modio argenti ut afferret mihi modium farinæ; cumque non inveniret, miſi eam cum modio auri; et cum nondum inveniret, cum modio unionum; cumque nec adhuc inveniret, eas comminui juſſi, à quibus cum nihil utilitatis caperem, hîc incluſa ſum."

[18] سجادة, alias vocatur خمرة, quæ eſt حصير ſeu teges ex foliis palmæ contexta, longitudinem humanam non excedens. Aliquid enim humo in-

ſternunt ne frontem et manus ei applicatas inquinent aut lædant.

[19] Dies menſium inter Arabas, præter nomina diei primi, ſecundi, tertii, &c. his quoque nominibus ſunt noti

1^{mus} (ſive νεομηνια) appellatus eſt مستهل ;
2^{dus} ثاني مضين — ſecundus *præteritorum* ;
3^{tius} ثالث مضين — tertius *præteritorum* ; et ſic deinceps, ad
20^{mus} عشرون مضين — viceſſimum *præteritorum* ; poſt quem dicunt
21^{mus} عشر بقين — decimum *relictorum* ;
22^{dus} تاسع بقين — nonum *relictorum* ; &c.

Nonnunquam poſt diem 15^{tum} (نصف) diem ex numero relictorum nuncupant ; ſic appellat Elmacinus diem 18^{vum} ثالث عشرة ليلة بقين. i. e. 13^{tium} relictorum.

Dicitur etiam, ثاني ليلة خلت, ثالثة ليلة خلت, pro ſecundo, tertio, &c. ſed ſemper præcedit Feria, ut in loco de quo nunc agitur يوم الخميس اثني عشر ليلة خلت Feriâ quartâ, die menſis 12^{mo}.

[20] In harum urbium expugnationibus commemorandis, mirificè hallucinatus eſt vel auctor ipſe noſter vel ſcriba qui noſtrum codicem exaravit. Accam enim aſſeruit fuiſſe captam anno ab incarnatione Chriſti 1103 ; Tyrum et Sydonem anno 1120 ; Beirutam, Paneadam et Gazam anno 1135 ; et Tripolin anno 1157 : ſed ex omnibus ſcriptoribus, tam Arabicis quàm noſtratibus conſtat, cuncta hæc oppida in ditionem Francorum

redacta fuisse intra annos 1103, et 1125. (Consul. Abulfed. et Elmacin. in Chronicis suis ad ann. supradict. Greg. Abulfaraj. p. 373. Gul. Tyr. Chap. xxviii, &c. Lib. 10.)

[21] Teste Gulielmo Tyrio, supremum diem obiit Baldwinus (qui nomine Bardawli apud Mohammedanos notus est) Larissæ, A. D. 1118, Hierosolymam verò deportatus, in loco Golgotha dicto, regiâ magnificentiâ sepultus. In scriptis geographicis Arabum, Larissa semper scribitur العريش, à Turcis autem dicitur ينكي شهر i. e. nova urbs, unde et Thessalia vocatur ولاية ينكي شهر Novæ urbis regio.

[22] Quo Taliaum magis permoverent (ut à compluribus scriptoribus traditum est) crines suas abscissas ad eum transmiserunt et per literas oraverunt, ut fœminis à tyranno oppressis, opem præsentem ferret, et regis insontis mortem ense vindicaret. Hìc nobis subjicitur exemplum morum illorum notabilium tunc temporis in Oriente vigentium, quos milites qui bellis sacris operam suam navaverant, jam domum redeuntes per Europam diffundebant et à quibus Equites illi Errantes, tot fabulatoribus concelebrati (ut mihi videtur) originem suam habebant. Argumenta quibus opinio nostra comprobari posset, longum foret adducere, at si aliquis mores Sarracenicorum depictos à Boheddino, Abulfedâ, et Abulfaragio (præsertim in historiâ ejus Syriacè scriptâ) cum moribus Christianorum ejusdem sæculi, ut à

noſtratibus ſunt expoſiti, conferre velit, facilè patebit eos vel omninò eoſdem eſſe, vel ex eâdem fonte profluxiſſe. Inſignem illam, inter ſe diſcrepantium qualitatem conjunctionem, nuſquam alibi videndam, exhibebant heroes Arabici pariter atque noſtri Equites. Nullus ferè eorum qui non ſeſe urbanum ſimul atque ferocem præbebat, mitem et crudelem, munificum et rapacem. Pietate, ac virtute bellicâ pariter erant conſpicui; omnes mulierum obſervantiſſimi, omnes gloriæ ſtudioſiſſimi. Mutuæ comitatis quam inter ſe exercebant Aſiatici et Europæi, mille exempla proferri poſſent, unum nobis ſufficiet ex hiſtoriâ Aioubitarum [Cod. MS. L. 1. 6. Bib. Acad. Cantab.] depromptum; ideò autem hoc ſelegi quòd ad noſtrum Ricardum ſpectat.

فلما يكونا (ait auctor) قريبا من يافا رسل الانكتير مترددة الي السلطان في طلب الفاكهة والثلج واوقع الله في مرضه شهوة الكمثري فكان السلطان يمده بذلك

"Quum Joppam appropinquaverimus, nuncius miſit Rex Angliæ ad Sultanum, nivem et fructus petens, pyra verò dum morbo laborabat, præcipuè cupivit; hæc omnia Sultanus ad eum reportari juſſit."

Nec plus ſimilitudinis inter mores quàm inter leges atque jura Orientalium et Occidentalium illius ſæculi reperiemus; plebs apud utroſque nihili habita eſt, magnatum auctoritas maxima fuit, et ipſi reges, licet nullis ferè legibus aſtricti, eorum potentiam reformidârunt. In prædiis ac-

quirendis et poſſidendis, Emiri Mohammedani iiſdem conſuetudinibus utuntur ac noſtri Barones; ambobus neceſſe erat ut regi, quando bellum gerebat, pro certo tempore comites ſeſe darent et certum numerum militum ſecum adducerent. Prædia talibus conditionibus obnoxia, appellabant hi *Feuda*, illi اخاذة et اقطاعة (vid. Vit. Sal. p. 51. et noſt. Maured. p. 49.) Turcæ eadem nominant تيمار.

Si aliqua fides adhibenda ſit Hiſpano illi ſcriptori Gines Perez de Hita, in hiſtoriâ *De los vandos de los Cegries y Abencerrages* (quam è linguâ Arabicâ, à ſe Hiſpanicè redditam eſſe profitetur) Mauri Granadenſes in nullâ re, niſi in religione, ab Hiſpanicis Equitibus diſcrepabant. In cantelenis quas operi ſuo intexuit, ipſum ſpiritum cernimus cantelenarum Provinçalium, imò noſtrorum heroicorum carminum, quorum multa in ore Senum partes boreales tenentium adhuc vivunt.

Denique, inter hiſtorias illas mendaces in quibus vitæ et res geſtæ Equitum Errantium ſunt depictæ, et fabellas Orientales, miram ſimilitudinem neceſſe eſt ut percipiamus. Penes me eſt fabula Arabica MS. inter alias nondum in lucem editas, quæ, ſi nomen Alhamduci in Palmerinum vel Belianidem mutemus, ſpeciem antiquæ *Romanzæ* omninò exhiberet. Hìc enim habemus Equitem, qui (armigero ſolo comitante) pericula ſubit, deſertas regiones percurrit, prælio committit, miſeris opem fert, caſtella ſubigit, magos et monſtra

perdit, equites captivos et mulieres nobiles in libertatem vindicat, tandem poſt varios caſus, jam voti compos, filiam regis (quam diù perdidè amaverat) uxorem ducit, et communi omnium conſenſu, ad regnum ſoceri, evehitur.

[23] Hic fuit Khalipha cujus magnificentiam et vitæ habitum, ex oculatis teſtibus, accuratiſſimè deſcripſit Gul. Tyrius, Cap. 18, &c. Lib. xix.

[24] Sic reddo vocabulum سني, quod in cod. MS. punctis diacriticis caret, et idem eſſe arbitror ac شاني, quod ſæpè à ſcriptoribus Arabicis hoc ſenſu uſurpatur; ſic Vit. Sal. p. 119, ubi, interpretante Shultens, redditur per *navem maximæ formæ*. Hæc claſſis à Wilhelmo Siculorum rege, ad Alexandriam impugnandam miſſa eſt, et teſte Gul. Tyrio, è ducentis navibus conflata fuit.

[25] Miſeram conditionem ad quam redactus fuit Aladhed, his verbis depinxit Macriſius [Cod. MS. in Bib. Acad. Cantab.]

واني صلاح الدين على المال والخيل حتي لم يبق عند العاضد غير فرس واحد فطلبه منه والجاه الي ارسله ومن ذلك الوقت صار لا يخرج من القصر

" Manum ſuam injecit Salaheddin et theſauris ejus et equis; tandem nullus equus præter unum ſolum Aladhedi relictus eſt; hunc quoque Salaheddin ab Aladhede petiit, atque ad ſe mittere coëgit; ex hoc tempore, Khalipha à caſtello amplius egredi non potuit."

[26] Secundum Auctorem Libri تواريخ بني ايوب (Cod. MS. in Bib. Acad. Cantab.) Aladhed,

" Filium unicum reliquit, nomine Davidem, qui mortem obiit in carcere, diebus Almalec-Aladelis; illi ſucceſſit filius Soleiman, quem David furtim genuit, dum vinculis detentus erat. Soleiman ad quoddam tempus in Thebaide latuit, ſed tandem manum ei injecit Almalec-Alcamel, eumque in cuſtodiam tradidit Caſtello Montano ubi vitam clauſit menſe Shawali, A. H. 645, et ſic finem habuit Fatimitarum genus."

[27] Ab A. H. 544, uſque ad annum 569, Syriæ dominatione potitus eſt Noureddin; pariter virtutibus atque potentiâ illuſtris erat. Vita et res geſtæ Noureddini, à multis Orientalibus ſcriptoribus celebratæ ſunt, et verſus θρηνικοι in mortem ejus effuſi, immodicis laudibus memoriam ejus cumulant. Exemplum cape, deſumptum ex cod. MS. in Bib. Acad. Cantab. L. 1. 6. jamjam citato;

وقد اظلمت الافاق لا شمس ولا ظل
ولما غاب نور الدين عنا اظلم الحفل
وزال الخاصب والخير وزاد الشر والمحل
ومات الباس والجود وعاش الياس والبخل

" Quùm nox cœlo obducitur, nec Sol ſeſe exhibet nec umbra:
Quùm Lux [Noureddin] noſter occidit, toti generi humano tenebræ offunduntur.
Ceſſerunt rerum copia et bonitas, vitium et inopia ingraveſcunt;
Virtus et liberalitas periêrunt, ignavia et avaritia floreſcunt."

In eodem libro, ſummam redituum quos ſingulis annis accepit Noureddin à diverſis imperii provinciis, commemoravit auctor: et ſic ſe habebant.

			Dinaros
دمشق	Damaſcus, ſolvebat	-	50730
تدمر	Tadmor	- -	500
صرخد	Sarkhad	- -	750
القرتبان	Cartaban	- -	500
بانياس	Paneas	- -	1200
بعلبك واعمالها	Baalbec et regio adjacens		6920
حمص واعمالها	Hhems et regio adjacens		26420
حماه واعمالها	Hamah et regio adjacens		26092
حلب واعمالها	Haleb et regio adjacens		96186
سرمين	Sarmin	- -	2360
معره النعمان	Marah	- -	7000
كفر طاب	Cafartab	- -	1000
عزان	Azan	- -	6500
تل باشر	Telbaſher	- -	1500
عين تاب	Aintab	- -	89
بالس	Bals	- - -	4000
سنج واعمالها	Senj et regio adjacens	-	18566
بزاعه والباب	Bazaah et Bab	-	3000
قلعة نجم	Arx Najemi	- -	300
قلعة جعبر	Arx Jairi	- -	9696
الرقة	Raccah	- -	26763
الرها	Roha	- -	8500
حران	Hharan	- -	16691
سنجر	Senjar	- -	9800
الموصل واعمالها	Mouſul et regio adjacens		32146

		Dinaros
نصيبين	Neſibin - -	10486
عرابان	Oraban - -	5700
اعمال الخابور	Regiones juxta fluv. Khabor	2148
تنينين والارسل	Teninin et Arſul -	750
قرقيسيا	Karkiſia - -	1000
السكير	Sakir - -	200
ماكسين	Mecſin - -	5000
المجدل	Mejedel - -	3500
الرحبة	Rahabet - -	16740
	Summa redituum omnium	402733

* [28] Mohammed-Ebn-Idris-Ebn-Al-Abas-Ebn-Othman-Ebn-Shafei natus eſt in urbe Gazâ A. H. 150, obiit anno 204. Non magis eruditione quam pietate erat conſpicuus; ab ejus nomine, una è quatuor ſectis orthodoxis inter Mohammedanos inſignita eſt; diſciplinæ hujus ſectæ maximè favebat Salaheddin.

[29] Totus hic locus erroribus ſcatet, ſed ex aliis ſcriptoribus corrigendus eſt. In noſtro cod. MS. legimus بر بلد ووبن, punctis diacriticis omiſſis; Abulfeda autem et Abulfaragius, hoc idem referentes, ſcribunt من بلد دوين.

[30] Hunc nominat Abulfaragius مجاهد الدين بهروز; Abulfeda بهروز.

[31] In cod. MS. habemus سحية, nullum tale vocabulum ſcio; id verò corrigere licet ex Abulfedâ, qui ſcribit شحنة, nihilo niſi punctis diacriticis à noſtro diſcrepans.

[32] Vel Abyſſinorum: Abyſſinia enim ſervos toti Orienti ſuppeditabat ex iis qui in bellis ſuis inteſtinis erant capti. Hujuſce rei plurima exempla habemus in ſcriptoribus qui de illo imperio diſſeruerunt. Sic Macrizi (in Hiſt. Reg. Iſlam. Abyſſin. ann. 835.)

واسر حتى امتلات بلاد الهند واليمن وهرمز والحجز ومصر
والشام والعراق وفارسا من رقيق الحبشة

"Tam multos captivos abduxit (ſcilicet Jomaleddin) ut India, Arabia Felix, Hormuz, Hejaz, Ægyptus, Syria, Græcia, Irak et Perſia ſervis Abyſſinicis repletæ eſſent."

[33] Utrum auctor noſter per vocabulum Naptham ſignificare velit compoſitionem illam quam plurimi antiqui ſcriptores nomine *Ignis Græci* commemorârunt, an noſtrum *Pulverem tormentorium* neſcio. Conſtat enim hunc Pulverem, Arabibus iſtius ſeculi notam fuiſſe. Id quidem haud obſcurè indicat locus citatus è Cod. MS. Arab. à Caſiri in Bib. Arab. Hiſp. cujus auctor florebat A. D. 1249; ibid varia tormenta bellica ſuo ævo Arabibus uſitata ita deſcribit; "Serpunt, ſuſurrantque ſcorpiones circumligati ac *pulvere nitrato* incenſi, unde exploſi fulgurant ac incendunt. Tam videre eſt manganum excuſſum veluti nubem per aëra extendi ac tonitrûs inſtar, horrendum edere fragorem, ignemque undequaque vomens, omnia dirumpere, incendere, in cineres redigere." Ex his patet ſcriptorem de globis ferreis, ope ignis artificialis excuſſis, loqui. Et quidem apud

Arabas vetustissimum Pulveris nitrati usum esse liquet; refert Elmacinus Lib. 1. Hist. Sar. "Eodem hocce anno (scil. A. H. 71.) Hajaz arctâ premens obsidione Meccam, manganis et mortariis, ope napthæ et ignis in Cabam jactis, illius tecta diruit, combussit et in cinerem redegit."

[34] Huic nomen erat Almalec-Alafdhel-*Alidis.* Regno suo spoliabatur à patruo Saifeddino-*Abubecro*, et à fratre Alazizo-Amededdino-*Othmano.* Quùm autem bello ab his premeretur, versiculos sequentes (in quibus ad Alidem filium Abu Talebis, ab Abubecro et Othmano Khaliphatu privatum alludit) ad Khalipham Abassidam conscripsit

مولاي ان ابابكر وصاحبه
عثمان قد اخذا بالسيف ارث علي
فانظر الي حظ هذا الاسم كيف لقي
من الاواخر ما لاقي من الاول

Domine, jam Abubecr et socius ejus [runt;
Othman, hæreditatem Alidis ense occupave-
Ecce sortem his nominibus peculiarem! idem
nunc accidit
Secundis, quod olim primis accedebat.
(Cod. MS. L. 1. 6. Bib. Acad. Cantab.)

[35] In codice nostro nomen ejus scribitur المعز, mendosè procul dubio.

[36] Suburbium Kahirettæ, in quo plurima mausolea tum Sanctorum Mohammedanorum,

tum Magnatum Ægyptiorum videnda ſunt (Abulfed. Geog. ad calcem Vit. Sal.)

[37] Ad genus carminis dictum البسيط, Expanſum, verſus iſti ſunt referendi; cujus menſura integra octonaria (ut anti diximus) habet pedes مستفعلن فاعلن quater repetitos, ut

Vitæ dies ſplendidus mutabilis turbidus
Spes ſæpius decipit mortalium credulas.

At per figuram Chabnam in Araudhâ (i. e. pede ultimo hemiſtichii prioris) et Katam in Darbâ (i. e. pede ultimo hemiſtichii ſecundi) menſura ejus fit,

مستفعلن فاعلن مستفعلن فعلن
مستفعلن فاعلن مستفعلن فعْلن

ſeu Vitæ dies ſplendidus mutabilis fugiens
Spes ſæpius decipit mortalium vanas.

At hoc metrum haudquaquàm accuratè ſervatur in verſibus noſtri Poetæ, imò nonnullos pedes habent omninò illegitimos, ideoque ασυναρτητοι tutò pronunciari poſſunt. Hujus menſuræ exemplum habemus in Prof. Arab. p. 53.

[38] Neminem latet Ludovicum fuiſſe non Franciſcum qui cum exercitu ſuo ab Ægyptiis Damiettæ captus eſt. Sed in nominibus noſtris ſcribendis mirè hallucinantur Orientales; hunc ipſum regem nuncupat Abulfarajius, Redefranſum. (Hiſt. Dyn. p. 495.

[39] Hujus mulieris elevationem ad regiam dignitatem, plurimi indigno animo tulerunt; Khalipha Bagdadienſis, à quo omnia titulorum diplomata petenda erant, cùm de hâc re certior factus eſt, his verbis (ſecundum auctorem anonymum Codicis MS. in Bib. Acad. Cantab. Dd. 5. 11.) Emiros ac Magnates Ægypti compellavit.

ما بقي عندكم رجل يتولي المملكة حتي تولوها امراة ان
كان ما عندكم رجل قولو لنا نرسل اليكم رجل

" Nonne vir apud vos inveniri potuit qui rempublicam capeſſeret, ſiquidem mulier ad regnum evehitur? ſi nullus ſit, dic mihi et ego virum vobis ſuppeditabo."

[40] Sic reddidi كدبيش; hoc vocabulum in Lexicis fruſtrà quærimus; كدش autem ſonat *enſe* vel *haſtâ percuſſit*, et hìnc كديش per *haſtam* reddidi; ſorſan veſtis ſeu ornamenti genus denotat Tataris peculiare.

[41] Quale animal velit auctor per فار عظيم, non ſatis compertum habeo; ſi verbis Abdollataphi fidem adhibeamus, vix credi poteſt idem eſſe ac mus noſter, ſic enim loquitur (Hiſt. Ægyp. p. 6.) ولكثرة رطوبته يتسارع العفن اليها ويكثر فيها الفار ويتولد من الطين

" Ex nimiâ humiditate, omnia ad putredinem feſtinant, et hìnc illæ regiones *Faris*, quæ à luto naſcuntur, omninò ſcatent."

[42] Khaliphæ Abaſſidæ nigris veſtibus utebantur; Fatimitæ verò (quippe à Mohammede orti) viridibus gaudebant. Sub regibus Mam-

lucis, ſemper fuerunt in Ægypto qui Khaliphæ titulo ornati ſunt, licet omni auctoritate ſpoliati à Sultanorum arbitrio penderent. Primus eorum fuit Almoſtanſer-Ahmed; hic (poſt Almoſtaſemum, ejuſque filios ab Houlacuo è medio ſublatos, et imperium Abaſſidarum Bagdadi omninò everſum) anno Hejræ 659 in Ægyptum contendit, et à Sultano Bibarſo, Khalipha ſalutatus eſt, quo titulo nemo jam per quatuor ferè annos inſignitus fuerat. Totam rem enucleatè deſcriptam habemus ab auctore noſtro in primâ parte hiſtoriæ ſuæ, qui inter alia refert; Khalipham homines ſpectatiſſimæ fidei ſecum adduxiſſe ad originem ſuam comprobandam et, hâc eorum teſtimoniis confirmatâ, ſolenniter in Khaliphatum inauguratum fuiſſe; tum (pergit auctor)

اخلع علي السلطان فلبس السلطان خلعته وشق القاهرة
وهي فرجية سودا بتركيبة زركس وعمامه سودا وطرق ذهب

"Veſtem Sultano donavit Khalipha quam ille ſtatim induit et ſic per vicos Kahirettæ iter ſuum habuit; veſtis fuit nigra tunica cui prætextum aſſuebatur auro conſitum; cidarim quoque nigram gerebat, quam torques aurea circumcinxit."

Bibars ſtipendium permagnum Khaliphæ tribuit et plurimis honoribus eum affecit; Mamlucos enim quadraginta, equos centum, decem camelos, totidemque mulos ei conceſſit; villas atque terras ſatis amplas largitus eſt; et quùm in itinere verſaretur, quingenos Satellites ad latus ejus claudendum aſſignavit.

[43] Quos velit auctor per vocem اوبراية, dicere non audeo; forsan desumpta sit è Græcâ *ορειτης monticola*; quo sensu designare potuit, populos illos qui in partibus Africæ superioribus, versus Nili fontes degebant, scilicet Nubienses et Abyssinos.

[44] Sic conjecturâ verti vocabulum راك, quod in Lexicis frustra quæsivi. Hujusce autem rei mentionem facit Auctor Libri MS. in Bib. Acad. Cantab. (Dd. 5. 11.) et in eâ commemorandâ, eodem verbo utitur

وفي سنه سبع وتسعين وستمايه امر السلطان بروك البلاد
وانتدب لروك بلاد مصر الامير نيابك الفارسي الحاجب ومن معه
وكان ذلك سببا لضرر السلطان المنصور فان الامرا
والاجناد ضعفت ارزاقهم بواسطة

"Anno 697, Imperium suum vectigalibus magnoperè vexavit Sultanus, iis autem colligendis quibus Ægyptios lacessivit, Emirum Nilicum Cubicularium, gente Persam, et nonnullos alios præposuit; et hoc quidem in causâ fuit cur Sultanus tanto odio ab omnibus haberetur. Hoc modo autem Emirorum ac Militum stipendia in duplum aucta sunt."

[45] Hìc in nomen Imperatoris luditur, nempe ركن الدين i. e. Columnam fidei.

[46] Duo sunt festa principalia inter Mohammedanos, scilicet عيد قربان festum sacrificii (aliàs dictum عيد الكبير festum majus) quod in diem decimum Dhu'lhajeti incidit, et عيد الفطر festum *solutionis* à jejunis Ramadhani (aliàs dictum

عيد الصغير feſtum minus) quod primo Shawali agitur. Hæc à Turcis nominantur بيوك بيرام Beiram magnum, et كچك بيرام Beiram parvum.

Hìc obiter obſervare licet quantum erraverit Smithius noſter in horum feſtorum temporibus deſcribendis, quem et Hydius, in notis ſuis ad Bobovium de precibus Mohammedanorum, ſequutus eſt; his verbis utitur Smithius, "Appetente novâ Lunâ, ſcilicet Shawali, incipit feſtum magni Birami, quod Kurban appellitant; et poſt elapſos ſeptuaginta dies, occurrit feſtum parvi Birami quod non tantâ cum pompâ, talibuſque triumphis celebratur." (Pag. 46. de Mor. Turc.) Mutatis feſtorum nominibus, vera prædicavit. (Vid. Abulfed. Vit. Moham. à Gagnier p. 191. nec non Bobovium ipſum quem edidit Hydius.)

[47] Ardab Kahirettenſis, duobus et trienti noſtrorum modiorum *(buſhels)* ferè æqualis erat; Ardab enim 6 ويبة (Waibias) et Waibia 22 مد (Mudas) continebat; Muda autem 16 uncias tritici pondere æquabat, et hæ $1\frac{1}{7}$ noſtrarum heminarum *(pints)* ſunt æquales. Ardab igitur Kahirettenſis $150\frac{6}{7}$ heminas Anglicanas continebit, vel modios $2\frac{5}{14}$.

Ardab Faiouminenſis hâc triente major erat; ſed ab ipſo auctore moniti ſumus (p. 59.) ſe menſuris Kahirettenſibus in calculis uſum fuiſſe. (Vid. Herbelot Bib. Orientale; Golium è Camuſio; Mohammed ben Abilſorour Al Bakeri Gallicè reddit. per De Sacy.)

[48] Id eſt ex iis qui genus ſuum ducebant ab Hoſino filio Alidis f. Abu Talebis.

[49] Nomine جزيرة الاندلس *Peninſulæ Andaluſiæ* ſcriptores Arabici totam Hiſpaniam intelligebant; Mauris tantùm dicitur اندلس q. d. *Vandalus*, quippe quam aliquando occupârunt Vandali.

[50] Pondera Arabica et Ægyptiaca ponderibus Italicis nomine congruunt, at re multum ab illis diſcrepant. Cantaro Italorum 2800 unciis æqualis eſt, ſed قنطار (Cantar) Kahirettenſe tantùm ad 900 redit, et Cantar Yemenenſium non omninò 1000 attingit. Cantar Kahirettenſe è 100 رطل (Rotulis) conſtat, quorum quæque 12 اوقية (Aukitas) et quæque Aukit 12 دراهم (Dirhemos) continet. Drachma autem Attica, ſcilicet è 68.4 granis conſtans, æqualis eſt $1\frac{1}{2}$ Dirhemi Arabici; æqualis igitur erat Dirhemus 45.6 granis, ſeu $\frac{3}{4}$ noſtri *dram*; et Cantar, quod Arabicarum unciarum (Aukitarum) 1200 continet, noſtrarum tantùm 900 continebit. Cantar Yemenenſe æquale eſt 111 Rotulis (Vid. Bruce V. 1. p. 324. ubi errore calami 113 pro 111 ſcribi videtur) ideoque 1332 uncias Arabicas ſeu 991 Anglicas continebit.

[51] Hodiè dictam Gibralter; nomen *Montis victoriæ* ei impoſuit Almoumen, qui urbem ibi ædificavit: nomen Gibraltaris ſeu Jebbelaltarik (montem Tariki) accepit à Tariko filio Zarkæ, qui rupem expugnavit A. H. 93; et hoc apud Arabas Mauroſque uſitatius eſt. Geog. Nub. p. 154, &c.

[52] Abd Alkader fuit Doctor Mohammedanus ſanctitate conſpicuus; natus eſt in Perſiæ provinciâ dictâ Geilan, et hinc cognomen habuit Geilanenſis.

[53] Vid. Not. 77.

[54] Quæ genera veſtimentorum denotentur vocabulis كلوت et خوايص omninò neſcio, nec in Lexicis Arabicis reperienda ſunt, nec in linguâ Hiſpanicâ, cujus ope multorum verborum, quæ Lexicographi Arabici omiſerunt, ſenſus percipi poteſt. Mamlucorum veſtitum ſic deſcriptum habemus à Cæſare Vecellio; "Pileum rubri coloris capite geſtant, et candidâ veſte ad dimidia uſque crura demiſsâ, præcinctâ, et aureis aſtrictâ globulis utuntur. Lateri curvatum accommodant enſem, et dexterâ clavam æneam geſtant. Interior veſtis ſerica et interciſa, ſuperiore longior. Coriaceis coloratiſque tibialibus utuntur et calceis." Cæſ. Vec. p. 426.

[55] Patet è contextu ſermonis vocabulum قطيفة veſtem ſignificare, ſed qualis ſit neſcio; *Alcatifa* Hiſpanicè ſtragulum vel tapetem ſonat.

[56] Vid. Not. 85.

[57] In MS. ٮربه, punctis omiſſis; hoc lego تربة, i. e. ſepulchrum, vel potius ſacellum quod ei ſemper ſuperædificatur. Ad mauſolea ſua inſtruenda et conſervanda, magnam curam adhibent Mohammedani; imò regum et magnatum monumenta peculiares habent cuſtodes (nomine تربة دار i. e. monumentorum cuſtodes) qui die

noćteque ſemper adſunt, appenſis circumcirca lampadibus.

[58] Hujus vici mentionem facit Macrizi in deſcriptione ſuâ accuratiſſimâ urbis Kahirettæ (Cod. MS. in Bib. Acad. Cantab.) Nec non auctor Codicis MS. Dd. 5. 11. his verbis, quibus ſitum ejus percipimus;

عمر المدرسة المعروفة بسوق الخيل تحت القلعة

"Collegium ſtruxit magnificum in vico equino ſub mœnibus Caſtelli."

[59] Id eſt communis formula, quâ quiſque ſe fidei Mohammedanæ addictum eſſe profitetur et teſtificatur, dicendo

لا اله الا الله محمد رسول الله

"Non eſt Deus niſi ipſe Deus, Mohammed eſt legatus Dei;" huic Perſæ addunt علي ولي الله "Ali eſt amicus Dei." Quicunque Chriſtianus eam formulam pronunciare auditus fuerit, illum ad Iſlamiſmum amplectendum ſtatim cogunt Mohammedani, vel recuſantem capite plectunt.

[60] Religioſi Perſæ, ſic dicti ſecundum Arabicos ſcriptores à lanoſis veſtimentis [صوف] quibus utuntur: hoc ſpectat illud Poetæ Arabis percelebris;

تنازع الناس في الصوفي واختلفوا
فيه وظنوه مشتق من الصوف
ولست انحل هذا الاسم غير فتي
صافي وصوفي حتي سمي الصوفي

" Diſputant homines de *Soufi* et diſcrepant
De hoc nomine, putantes illud ab *Souf* (lana)
derivari;
At non conceſſerim ego hoc nomen niſi viro
Saf et *Soufi* [i. e. puro et mundato] licet ab aliis
Soufi appellaretur."

Veriſimilius autem videtur hoc nomen derivatum fuiſſe â *σοφὸς* Græcorum. Familia regia quæ per tot annos in Perſas dominata eſt, è Sophito Sheich Ader oriebatur, et hinc apud noſtrates, reges Perſiæ hodierni nomine Soforum noti ſunt. Multum enim falluntur qui propter recentiorem aliquem regem proprio nomine Sephi dictum, reges omnes rectiùs Sephii vocari dicunt, hoc enim nomen ante Shah-Sephii tempora obtinuerat.

[61] خانقاة, Vocabulum origine Perſicum, et in lexicis Arabicis minimè reperiendum. In Gazophylacio Perſico (p. 235.) *Monaſterium Perſicum* redditur per خانقاة, et huic voci ſynonima datur phraſis صوفي خانة (*Sophorum manſio*) Dom. Chambers in Arabicâ epiſtolâ Anglicè vertendâ (Aſiatic Miſſel. Vol. i. p. 83.) خوانقب reddidit per *almſhouſes*. Hanc vocem auctor libri حوادث الزمان (Cod. MS. Bib. Acad. Cantab. Dd. 11. 2.) cum ك ſcribit الخانكاة.

[62] Idem fermè ſonabat الولاة apud Kahirettenſes, ac apud Gallos *le Lieutenant de Police*.

[63] Id eſt eorum qui gente Arabum orti, pagos Iracenſes colebant.

[64] Per درجة volunt Arabes gradum Aſtronomicum, i. e. partem $\frac{1}{360}$ omnis circumferentiæ; ſi igitur diem in partes horæ ſexageſimas dividamus, quæque درجة quatuor harum partium æqualis erit.

[65] Stagnum prope Kahirettam, ubi illi qui ad ædes Meccanas viſitandas ſeſe accingunt (Arabicè dicti Haji) ſtationem agunt.

[66] Vid. Not. 77.

[67] In Lexicis hæ voces non reperiuntur; hæc autem in linguâ vernaculâ Maurorum, illa in Arabum viget. Idem fermè ſonant, nempe Galeram (*Galley*) quæ à forma dicta eſt غراب, et à propulſatione طريدة. Galera enim Turcica et Veneta acutum et longum protenſum habet roſtrum ligneum; velis utitur triquetris; margines ſunt lati et lente declives; proram et carinam, ad velociùs ſulcandum mare, habet acutiorem. E contrario, navis oneraria roſtrum habet obtuſum, ſupernè aduncum, ventrem ad recipiendas merces, capaciorem. Galera (quæ ex dictâ ſtructurâ eſt navi longâ multò velocior) ab Arabicis tam Aſiaticis quàm Africanis vocatur غراب i. e. *corvus*; quaſi piceâ nigredine, roſtro extenſo, et velis remiſque ſicut alis volans. Turcis Galera audit قدرغه *Kadergha*, unde linguæ Græcæ hodiernæ adſcitum Κατεργον, eâdem ſignificatione.

Mauri Galeras propriè dictas non habent, exceptis parvis Brigantinis, quas propter remigium et ſtructuram, Galerarum generi adnumerare licet.

Utcunque tamen apud alias gentes videntes Galeras, earum nomen agnoſcunt, ſuâ linguâ vocantes طريدة (*Taridet*) i. e. *propulſata navis* ſeu Galea; quo etiam nomine Arabico abſolutè poſito, Galeazza vocari ſolet. Maurorum autem naves bellicæ in genere, plerumque linguâ Francâ, vocantur قورصاني *Corſani*, ſc. *Corſali*, *les Corſairs*. Navium bellicarum (quæ ſolæ remis aguntur) genera ex remigum ſingulis remis incumbentium numero diſtinguenda ſunt.

1. Brigantina, talis eſt ubi ſingulis remis unus tantum homo allaborat, Turcice vocatur, Italico nomine Turcicis literis ſcripto, فرغاطه *(Firgata)* Mauris dicitur جفن *(Jefen)* et ثلثي *(Thelthi)* quæ quidem nomina à Pedro de Alcala Hiſpanicè exponuntur *Galeota pequenna et Frigata*.

2. Quando ſpecies Galeræ intelligitur aliquanto major quàm Brigantina (ea talis eſt ubi duo homines unicuique remo aſſignantur) hæc Mauris dicitur طريدة من جنسين i. e. *Galea de dos ordines*, ut exponit Pedro de Alcala.

3. Si ſpecies ſit adhuc major, ubi tres homines ſingulis remis incumbunt, Turcis nuncupatur چكدرمه *(Chekdermeh)* Mauris طريدة من ثلاث اجناس *Galea de tres ordines*.

4. Si ſit earum quæ remis aguntur Galera maxima ſeu Galeazza, ubi ſunt 5 aut 6 homines uni remo, hæc Turcicè vocatur ماعون *(Maaun)* Mauris طريدة *(Taridet)* ſimpliciter. (Vide Hyde in not. ad Abr. Peritſol. Buſbequii Epiſt. Teſoro della lingua Græca vulgare dal Somavera.)

[68] Baheiret provincia fuit Ægypti inferioris ad occidentem vergens, continebatur Nilo flumine, oceano et finibus Tripolitenſium.

[69] Pars Ægypti inferioris inter orientem ſolem et ſeptentriones ſpectans dicta eſt Sharkiet, duobus Nili ramis (ſcilicet iis qui in mare defluunt Peluſiaco et Phatmetico oſtio) circumſcripta eſt.

[70] جاليس in Lexicis Arabicis non reperitur; ſcribi debet, ut mihi videtur, جاليش ſcilicet à voce Perſicâ جاليش (bellum). In vitâ Saladini à Boheddino, ſæpe occurrit verbum جاليش (ut pag. 68, &c.) quod reddit Shultens per *Sagittarios*.

[71] Vid. Not. 85.

[72] Inſula in medio Nili, ubi Mekias ſeu Nilometron ſeſe habet.

[73] In hoc calculo ſubducendo, paululùm erravit auctor noſter. Incipiebat enim annus 784 Hejræ, 17^{mo} die Martii, A. D. 1382; ideoque dies ultimus Ramadhani cum 8^{vo} Decembris ſeu Canuni prioris congruet. Arabici autem ſcriptores, aliique Orientales qui anno lunari utuntur, hujuſmodi erroribus ſemper ſunt obnoxii. Quò hoc facilius intelligatur pauca de annis Arabum et Syrorum et de ærâ Mohammedanâ dicere neceſſe erit. Æra Hejræ ſeu fugæ Mohammedis incidit in diem 16^{m} Julii, A. D. 622. Annus Mohammedanorum è duodecim menſibus lunaribus conſtat; et cùm nullâ intercalatione utantur, quâ ad ſolarem periodum reducatur annus (hoc enim vetat Coranus Surat 9. Aiet 37.) initium cujuſvis

anni lunaris ſinem ſolaris antevertit, ac per omnes anni tempeſtates liberè divagatur, et ſic idem menſis, modò in vernum tempus, modò in æſtivum, modò in alia anni tempora incidit. Menſium Arabicorum nomina et ordinem unà cum numero dierum è quibus ſinguli conſtant, hic ſubjungimus.

محرم	Moharram dies habet	30
صفر	Safar	29
ربيع الاول	Rabia prior	30
ربيع الاخر	Rabia poſterior	29
جمادي الاول	Jomadi prior	30
جمادي الاخر	Jomadi poſterior	29
رجب	Rejeb	30
شعبان	Shaban	29
رمضان	Ramadhan	30
شوال	Shawal	29
ذو القعدة	Dhu'lkadet	30
ذو الحجة	Dhu'lhhajèt	29

In annis embolimæis, menſis ذو الحجة Dhu'lhhajet (ut infra demonſtraturi ſumus) dies habet 30.

In fluxu temporis recenſendo, duobus modis utuntur Mohammedani; quorum primum vocabimus practicum, alterum chronologicum. Per modum practicum, initium anni, ſeu primus dies Moharrami, computatur من روية الهلال, *απο της φασεως φεγγαριȣ*, à primo lunæ aſpectu poſt conjunctionem cum ſole, qui cernitur è faſtigiis ſummis illarum turrium è quibus lunam naſcentem

ſpeculantur, vel ab illo tempore quo cerni debet; hæc φασις vix citius quàm 24 vel ſerius quàm 48 horarum poſt conjunctionem conſpici poteſt. Menſis ita ortus, proximi novilunii φασι terminatur, et ſic deinceps, donec peractâ duodecimâ lunatione et lunâ ipsâ apparente, novus annus naſci intelligitur.

Methodum computandi chronologicum, ſecundum cyclum 30 annorum hoc modo mirâ ſolertiâ ordinant. Cùm menſis lunaris, vel revolutio lunæ ſynodica media (ſecundum Arabicos Aſtronimos) perficiatur 29 diebus, 12 horis et 792 ſcrupulis (quorum 1080 integram horam conficiunt) annus continebit 354 *d.* 8 *h.* 864 *ſc.* ſeu 354 *d.* 8 *h.* 48′. In his horis et ſcrupulis diſponendis, neceſſe erat vel ut in annos certâ periodo contentos diſtribuerentur, vel ut alicui anno poſt certum tempus recurrenti, inſererentur: hinc cyclum aſſumebant 30 annorum (nec cyclum breviorem aſſumere potuerunt ſi horas illas et ſcrupulos in certum dierum numerum redigere vellent) et quoniam horarum et ſcrupulorum ſumma ad 11 dies redibit, illorum 30 annorum 19 conſtare è 354 diebus, et 11 è 355 ſtatuunt; et diem embolimæum ultimo Dhul'hhajeti ſubjiciunt. Anni υπερημεροι ſunt hi in triacade Arabicâ, 2, 5, 8, 10, 13, 16, 19, 21, 24, 27 et 29; diviſo igitur numero alicujus anni Hejræ per 30, ſi reſtet horum aliquis, annum illum intercalatum tutò pronunciare licebit.

Hìc methodum ſimplicem ſubjungam, quâ ſemper uſus ſum in annis Mohammedanorum ad noſtros redigendis.

	D.	H.	'
Annus ſolaris æqualis eſt -	365	5	49
Annus lunaris - -	354	8	48
Differentia	10	21	1
100 Annorum lunarium	35436	16	0
97 Annorum ſolarium	35428	12	13
Differentia	8	3	47
33 Annorum lunarium	11694	2	24
32 Annorum ſolarium	11687	18	8
Differentia	6	8	16

Hinc 1. Initium cujuſvis anni lunaris antevertit initium ſolaris - 10 : 21 : 1

2. Poſt lunariam centuriam, initium anni ſolaris antevertit initium lunaris 8 : 3 : 47

3. Poſt periodum 33 annorum lunarium, initium anni ſolaris antevertit initium lunaris - - 6 : 8 : 16

His præmiſſis, regulam ſequentem facilè deducimus.

Requiratur annus ab incarnatione Chriſti, cuivis anno dato Hejræ reſpondens. Numerus centuriarum in anno dato multiplicetur per 3, huic addatur unitas toties ſumpta quoties ſunt periodi

33 annorum ſupra centurias; hæc ſumma dàto anno ſubducatur, et reſiduo adjiciatur 621 (numerus nempe annorum Chriſti ante æram Mohammedanam) ſumma ultima annum ab incarnatione Domini noſtri referet:

Exempli gratiâ. Quotus annus Chriſti anno Hejræ 981 reſpondet?

9 (numerus centuriarum in anno dato) $\times 3 = 27$

2 { Unitas bis ſumpta, cùm duo ſint periodi 33 annorum in annis 81 } $+ 27 = 29$

981 (annus datus) $- 29$ $= 952$

$952 + 621 =$ A. D. 1573.

Hâc regulâ pro 45 fermè lunariis centuriis ſine ullâ emendatione uti poſſumus; illo autem cyclo peracto, neceſſe erit ut unitatem ſummæ adjiciamus et ſic deinceps.

Si autem tempus alicujus diei à Mohammedano ſcriptore commemorati, accuratè ſcire velimus, neceſſe erit ut calculum noſtrum ineamus ab ipſo initio centuriæ in quâ dies iſte continetur, ratione habitâ, cùm ad illorum, tum ad noſtrorum Emboliſmos. Primæ 14 centuriæ Mohammedanorum diebus ſequentibus incipiunt:

A.H.	A. D.				Dies Feriæ
1	622	-	-	16 Julii	V
101	719	-	-	24 Julii	L
201	816	-	-	30 Julii	Mc
301	913	-	-	7 Augusti	Sa
401	1010	-	-	15 Augusti	Ma
501	1107	-	-	22 Augusti	I
601	1204	-	-	29 Augusti	So
701	1301	-	-	6 Sept.	Me
801	1398	-	-	13 Sept.	V
901	1495	-	-	21 Sept.	L
1001	1592	-	-	28 Sept.	I
1101	1689	-	-	5 Oct.	Sa
1201	1786	-	-	24 Oct.	Ma
1301	1883	-	-	1 Nov.	V
1401	1980	-	-	7 Nov.	So

Nomina menſium Syrorum hæc ſunt.

	Teſhrin prior -	October
	Teſhrin poſterior -	November
	Canun prior -	December
	Canun poſterior -	Januarius
	Aſhbat - -	Februarius
Menſis Emb.	Adar - -	Martius
	Niſan - -	Aprilis
	Aiar - -	Maius
	Haziran - -	Junius
	Tamuz - -	Julius
	Ab - -	Auguſtus
	Ailul - -	September.

Omninò conveniunt menſes Syro-græcorum Romanis quoad numerum dierum, ſed ſolo capite differunt; Romani à Januario, illi à Teſhrino priori (ſeu Octobri) incipiunt; hoc conſtat ex Ephemeride Perſicâ cujus mentionem fecit Scalegerus (p. 252 de Emendat. Temp.) in quâ invenimus ميلاد عيسي i. e. diem Chriſti natalem, in 25^{m} Canuni prioris ſeu Decembris incidiſſe. Cùm anni Arabici ita vagi ſint, quando tempeſtatem aliquam eorum ſcriptores pro certo deſignare volunt, ad Kalendarium vel Syrorum vel Ægyptorum decurritur, et à quovis dato tempore rationem ineuntes, et ſuorum annorum ſeriem annis Syrorum conferentes, ſic ad tempus petitum aſcendunt. Hujuſce rei exemplum habemus in primâ parte noſtri auctoris; ubi de menſe differens quo mortem obiit Propheta ſua his verbis utitur:

اذا تقرر ان كمال الدور في ثلاث وثلاثين سنة كان في ستماية وستين عاما عشرون دورا تالي سنة ثلاث وسبعماية من وقت موته احدي وعشرون دورا ففي ربيع الاول منها كان وقوع تشرين الاول وكان ايلول في صفر وكان اب في المحرم وكان تموز في ذي الحجة فحجة الوداع في تموز

"Cùm anni 33 unam periodum conficiant, 660 anni 20 periodos continebunt, hinc ſequitur, annum 703$^{\text{tium}}$ ab ejus morte (quæ A. H. 11$^{\text{mo}}$ evenit) 21 periodos confecturum eſſe; ſed Teſhrin prior illius anni in Rabiam priorem incidebat, Ailul in Safarum, Ab in Moharram, et Tamuz in Dhu'lhhajetum, ideòque peregrinatio valedictionis in Tamuzum incideret."

At hìc longiùs à vero aberravit auctor noſter, quàm in loco illo de quo primùm agebamus.

Periodus enim perfecta minimè æqualis eſt 33 annis lunaribus, at ſemper retrocedit (ut ante demonſtravimus) *6 d. 8 h.* 16′; horum retroceſſuum ſumma in 21 periodis, ad 133 dies redibit, ideòque primus Dhu'lhhajeti haudquaquam primo Tamuzi, ſed 17$^{\text{mo}}$ Aſhbatis congruet.

[74] Ex hoc loco colligere licet quot et quænam erant munera quæ tunc temporis reipublicæ maxima æſtimabantur, quibus quicunque fungebantur, quamdiu res Circaſſorum Sultanorum ſteterint, *Emiri magni* (ut ſæpius in hiſtoriâ noſtrâ videndum eſt) appellabantur. In poſterioribus autem imperii eorum temporibus, paululùm aliter res ſeſe habuiſſe videntur.

Regnante Aldhaher-Barkouko, magiſtratuum illorum numerus erat novem, nempe

اتابكي العساكر	1. Exercituum Imperator;
راس نوبة كبير	2. Primi ordinis Præfectus;
امير السلاح	3. Armorum Præfectus;
امير مجلس	4. Curiæ regiæ Præſidens;
امير اخور	5. Stabulorum Comes;
دوادار	6. Ærarii Præfectus;
راس نوبة الثاني	7. Secundi ordinis Præfectus;
حجب الحجاب	8. Cubiculariorum Præſes;
نايب	9. Vicarius, ſeu urbis Prætor;

De his pauca dicemus;

1. Atabek eſt vocabulum origine Turcicum Tataricumve, et *pater dominus*, vel potius *pater domini* ſonat, nam اتا Turcicè *pater*, et بك *dominus* eſt. Arabibus hoc nomen uſurpari cœpit, poſtquam Scythiæ gentes imperium Mohammedanorum invaſerunt.

2. Huic quoque nomen erat (ut docet auctor noſter) راس نوبة الامرا *Ordinis Emirorum Præfecti*. Munus iſtud poſtea abolitum fuiſſe videtur.

5. اخور, vox Perſica, à خور equus.

6. دوادار, hujus vocabuli certam ſignificationem dicere non audeo; ſemper ſcribitur ab auctore noſtro دوادار, cui etiam aſſentit Arab Shah (Hiſt. Tim. pag. قطب Edit. Gol.) nec non alii pleriqne ſcriptores; id verò expreſſit Abulfarajius (Hiſt. Dyn. pag. 516, &c.) per دويدار. Forſan idem eſt ac Perſicum vel Turcicum دفتر دار

i. e. *libri* ſeu *regiſtri cuſtos*, à quo non multum ſono diſcrepat.

7. Poſtea dictus راس نوبة النوب *Ordinis ordinum Præfectus.*

9. Inter maximos reipublicæ magiſtratus, hoc munus non ſemper recenſeri videtur. Turcæ per نايب *Vicarium Judicis* intelligunt. "Hic (ſecundum Hydium de Judicibus Turc. p. 8.) ſolet deambulare per civitates et pagos et totam ſui Judicis juriſdictionem, ponderans panem et alia victualia viſitans ne ſint putrida, et ut juſto pretio vendantur curans."

Apud Sultanos Ægypti recentiores, ſcilicet ſub anno Hejræ 850, hi tantum magiſtratus obtinuiſſe videntur;

1. Exercituum Imperator;
2. Armorum Præfectus;
3. Curiæ regiæ Præſidens;
4. Stabulorum Comes;
5. Ærarii Præfectus;
6. Ordinis ordinum Præfectus;
7. Cubiculariorum Præſes.

His quoque addere licet استدار, Aſtadar, cujus ſignificationem ignoro; ſcriptores autem qui de illis temporibus diſſeruerunt, hujuſce muneris ſæpe mentionem faciunt, ſic in libro cui titulus eſt حوادث الزمان (Cod. MS. Bib. Acad. Cant. Dd. 11. 2.) ann Hejræ 907, legimus

والوزير والاستدار والدوادار الكبير الامير مسترباي

"Emirus Meſterbāi officiis Viziri, Aſtadarii et Dowadarii magni tunc temporis fungebatur."

[75] Secundum alios auctores, Timur inter Berlassenses natus fuit.

[76] Vid. Not. 85.

[77] Quatuor erat Cadhei quatuor sectis Mohammedanorum orthodoxis præpositi, qui omnes titulo شيخ الاسلام i. e. *Doctoris Islamici* insigniti sunt. Hoc plurimis ex locis Arabicorum scriptorum patet; sic auctor libri حوادث الزمان (Cod. MS. Bib. Acad. Cantab. Dd. 11. 2.) de anno Hejræ 907 differens, ubi nomina eorum recensuit qui regni muneribus eâ tempestate fungebantur, his verbis utitur;

القضاة الاربع كانوا الشافعي شيخ الاسلام برهن الدين العديل والحنفي شيخ الاسلام بري الدين عبد البير والمالكي شيخ الاسلام تقي الدين عبد الغني والحنبلي شيخ الاسلام نهابر احمد

"Cadhei quatuor erant, scilicet Shafensis, Doctor Islamici Berhaneddin Alcadil; Hanifensis, Doctor Islamici Berieddin Abdalbir; Melekensis, Doctor Islamici Tekeddin Abdalgani; et Hanbelensis, Doctor Islamici Nahaber Ahmed."

Cadhei judicum officia explebant, et ex eorum numero, magistratus ناظر الجيوش, et ناظر الخواص, eligi videntur; ita enim scribit auctor jam citatus, sub anno 905;

وفي ثامن عشرين شعبان ولي القضي نهار الدين ناظر الخواص ناظر الجيوش عوضا عن القضي زين الدين القروي

"Die 28vo Shabani, Cadheum Nahareddinum, qui munus *Nadher-alkhausi* tunc temporis explebat, *Nadher-aljausum* constituit, loco Cadhei Zeineddini-Alkarawi."

Officium ناظر الجيوش (*Inſpectoris Militum*) Turcico قضي العسكر *Cadhileſkar* reſpondiſſe videtur.

[78] Satis conſtat è plurimis ſcriptoribus, ſaccharum magni pretii fuiſſe inter Ægyptios, et quidem inter theſauros Magnatum reconditum fuiſſe. Hujus exemplum habemus in anonymo ſcriptore (MS. in Bib. Acad. Cantab.) qui de Sultano Cayetbaio agit, et de inſpectione quam Emirus Cartabi in cameram quandam palatii inſtituit: inter alia reperit

عمودا طويلا ملقي بالارض فتحته بابسا في الارض فنزل فيه فوجدوا فيه اشيسا قد تلفت من الارض سكرا كثيرا صار صفة التراب ولبسا ذهب

" Columnam proceram humi projectam et ſubter eam portam in terrâ; per hanc deſcendunt et res plurimas inveniunt omninò humiditate terræ vitiatas, inter illas magnam ſacchari copiam, ſpeciem pulveris exhibentis, nec non veſtes auro contextas," &c.

[79] Vocabulum دريس reperiri poteſt in Pentateucho Erpeniano, Lev. xxvi. 5. ſic vertitur vox Hebraica ריש *farina*.

[80] Auctore Forſkallo, per خلف volunt Ægyptii Arundinem Epigeion Linnæi. Secundum Proſper. Alpinum, " Calaf eſt genus Salicis, ex cujus floribus diſtillant aquam *Macabalef* vocatam, quam inſignes vires ad exſiccandam putredinem, atque ad venena et cor recreandum habere prædicant."

[81] Sultanos Ægyptiacos ad regnum evectos fuiſſe ſuffragiis Nobilium ſatis patet ex noſtrâ

hiſtoriâ. Formam quâ utebantur in illis eligendis deſcriptam habemus in libro حوادث الزمان (Cod. MS. in Bib. Acad. Cantab. Dd. 11. 2.) ubi de inauguratione Aldhaheris-Canſuh agitur, his verbis;

ثم في نهار الجمعة سابع عشره اجتمع العسكر والامرا والقضاة واركان الدولة ملبسين بالسلاح الكامل في باب السلسلة بالقلعة وقالوا للعسكر من تختاروا فقالوا قانصوه فحضر القضاة الاربع والخليفة يعقوب ابن عبد العزيز واركان الدولة وعقد له السلطان ولقب الظاهر ابو سعيد قانصوه ودقت له البشاير في القلعة وحمل امير كبير ازبك علي راسه القبة والطير وخلع عليه خلعة ذهب الي الدليل وكان ذلك بباب السلسلة بالقلعة قبل صلاة الجمعة ونزل شيخ الاسلام الشيخ زكريا من باب السلسلة وطلع من باب المدرج الي القلعة وخطب باسم الظاهر

"Die conventus, hujuſce menſis 17mo, Militibus, Emiris, Cadheis, atque aliis Magnatibus regni omni armaturæ genere inſtructis, ad portam Caſtelli Salſalet dictam, conventis, à militibus percontantur, quem in Sultanum eligere velint? illi verò reſpondebant Canſuhum. Tum quatuor Cadhei, unà cum Khaliphâ Yacoubo-Ebn-Abdalazizi et aliis nobilibus in medium ſeſe protulerunt. Hoc modo Sultanus confirmatus eſt et cognominatus Aldhaher-Abu-Said-Canſuh. Deinde, dum reboant per Caſtellum tympana, canopeum atque avem ſupra caput ejus portavit Emirus magnus Azbec, eumque chlamyde auro contextâ in ſignum dignitatis veſtiît. Hæc acta ſunt ad portam Salſalet antequam preces diei conventûs peractæ fuerant. Tunc ab illâ portâ

descendit Doctor Islamici Zacharias, et per portam Almodrajam Castellum subiit, ubi preces in nomine Aldhaheris publicè habuit."

[82] Hos versus nominarem, Hexametros-Exuberantes-ασυναρτητυς, Araudham habentes Aklatam: ad genus enim carminis dictum الوافر Exuberans pertinent, cujus mensura integra è pede مفاعلاتن (i. e. Iambo et Anapæsto) sexies repetito constat, ut

Dies brevis est et instabilis vago fluvio
Volubilior sed usque dolos parans homini.

At per variarum figurarum, nec non et pedum ασυναρτητων incursionem, versus nostri haud parum ab hâc normâ recedunt.

[83] De sensu hujus loci diu dubitabam, et nunc in eo vertendo fateor me nullis certis rationibus niti.

[84] Khalipharum Abassidarum Ægyptiacorum fuit hic Almostaain undecimus. Mense Shabani, anno 815 in Khaliphatum inauguratus est, et anno 833, peste correptus, Alexandriæ obiit. (Cod. MSS. Dd. 5. 11. et Dd. 11. 2. in Bib. Acad. Cantab.)

[85] Gradus dignitatis per quos Sultani Circassi ad summam dignitatem ascendebant, ordine enumeravit Auctor anonymus libri cui titulus est تاريخ المصر والشام, *Historia Ægypti et Syriæ* [Cod. MS. Dd. 5. 11. Bib. Acad. Cantab.] in vitâ Sultani Ainali-Alidis commemorandâ, his verbis;

وكان اينال من مشتروات برقوق واخرج له الخيل
والقماش الملك الناصر فرج ثم صار خاسكيا ثم صار امير
عشرة ثم استقر امير طبلخاناة ثم استقر في نايبة غزه ثم في
نايبة الرها واعطي تقدمة الف ثم استقر امير دوادار
بالديار المصرية ثم استقر اتابك العساكر ثم جلس علي
تخت المملكة

" *Servus emptitius* Barkouki fuit primò Ainalus; ejus deinde curæ commiſit Almalec-Alnaſr-Forj equos ſuos atque veſtes; tunc fit *Khaſkita*; dein *Centurio*; dein *Tabulkhanita*; non multò poſt, ad præfecturam Gazæ evehitur, deinde ad præfecturam Rohæ, et *Chiliarcha* conſtituitur; mox *Dowadarii* Ægyptiaci compos factus eſt; tum fit *Atabekus* militum, et demum ſolium regium aſcendebat."

[86] اوفي, per hoc vocabulum intelligendum eſt id Nili incrementum quo facto canalis Trajani aperiri ſolet; hanc tempeſtatem, Ægyptii in omni ævo ſummâ cum pompâ concelebrabant. Antiquis temporibus virginem immolabant, عروس ſeu ſponſam vocatam, cùm talem accretionem attigiſſet fluvius; illo autem ſacrificio ab Omaro prohibito, columnam è terrâ conflatam, et idem nomen referentem, in locum virginis ſubſtiterunt. Nec hos ritus adhuc delevit ætas, creſcente enim Nilo, columnam in amnem projiciunt, et ſtatim canalem aperiunt; tunc verba اوفي الله, اوفي الله *(Deus promiſſis ſtetit, Deus promiſſis ſtetit)* omnibus in ore ſunt. Hinc ipſum incrementum nomen الاوفي accepit.

[87] Geographus Nubienſis, his verbis Nilometrum deſcribit; " In medio ciſternæ extat columna marmorea, erecta; cubitorum digitorumque interjectorum numero ſignata. Super verticem *columnæ eſt ædificium ſaxeum, firmum, coloratum*, auro, cæruleo et variis coloribus fortiter hærentibus, diſtinctum. Aqua devenit ad eam ciſternam per canalem amplum, ductum ab ipsâ ad aquam Nili; attamen Aqua in Ciſternam non niſi Nilo creſcente, fluit. Geog. Nub. Pars iii. Clim. iii.

[88] Meſori eſt menſis duodecimus Coptorum; et quoniam annus eorum ſolaris erat, in temporibus Nili incrementorum deſcribendis, hoc Kalendario ſemper utuntur ſcriptores Arabici. Nomina menſium Copticorum hæc ſunt;

1.	توت —	Θωθ	8.	برموده —	Φαρμȣθι
2.	بابه —	Παωφι	9.	بشنس —	Παχων
3.	هتور —	Αθυρ	10.	بونه —	Παυνι
4.	كيهك —	Χοιακ	11.	ابيب —	Επιφι
5.	طوبه —	Τυβι	12.	مسري —	Μεσορι
6.	امشير —	Μεχειρ	13.	النسي —	Επαγομεναι
7.	برمهات —	Φαμενωθ			

Auctore Macriſio [Cod. MS. in Bib. Acad. Cantab. Dd. 11. 8.] nomina his antiqua fuere, 1. توت, 2. بووني, 3. اتور, 4. سواق, 5. طوبي, 6. ماكير, 7. فامينوت, 8. برموثي, 9. يامود, 10. باوني, 11. افبعي, 12. اسقسا; quæ ad ſonum Græcorum nominum plerumque accedunt. Initium ſuum

capiebat annus Ægyptiacus à primo Thoth, qui cum 29^{no} Syriaci Ab, ſeu noſtri Septembris congruit. Quiſque horum primorum duodecim menſium è 30 diebus conſtabat; ultimus intercalaris erat, et quinos tantum continebat. [Scaliger de emendat. Temp. pag. 223. Herodus Lib. ii. iv.]

[89] Hos verſus ad genus carminis dictum الكامل Perfectum referimus, cujus menſura primitiva habet pedem متفاعلن (i. e. Anapæſtum et Iambum) ſexties repetitum; ut

Brevis eſt dies fluvio vago fugientior
Generique perpetuò dolos hominum parans.

At verſus noſtri planè *ασυναρτητοι* ſunt, et pedes nonnullos exhibent hâc menſurâ omninò alienos. Carmen Perfectum Arabum et verſus illi Italorum ac Hiſpanorum *Sdruccioli* dicti, haud ita diſſimile ſunt metro, licet numero ſyllabarum minimè congruunt; ſic Sanazarius in Arcad.

" O pura fede, o dolce uſanza vetera
Hor conoſco ben io ch'il mondo inſtabile
Tanto peggiori più, quanto più invetera."

Et poeta Hiſpanus

" Silvano mio, una aficion rariſſima,
Una beldad que ciega luego en viendola,
Un ſeſo y diſcrecion excellentiſſima,
Con una dulce habla, que en oyendola
Las duras penas mueve enterneciendolas
Que ſentiria un amador perdiendola?"

Hæc quoque menſura, non rarò uſurpatur in carminibus Judæorum hodiernis; exemplum dedit Ebertus (Poet. Heb. pag. 214.)

אֵלִי תְּמוֹךְ נַפְשִׁי בְּדַת צִדְקָתֶךָ
צוּרִי הֲבִינֵנִי דְּבַר תּוֹרָתֶךָ

"O Deus ſuſtenta animam meam in mandato juſtitiæ tuæ;
Petra mea, fac me intelligere verbum legis tuæ."

[90] Idem denotare videtur كسر النيل, *fregit Nilum*, ac فتح الخليج *Canalem aperuit*; Hoc iis curæ fuit, qui ſummis imperii muneribus præponebantur. Plurima hujus exempla habemus in libro حوادث الزمان (Cod. MS. in Bib. Acad. Cantab. Dd. 11. 2.)

Ut anno 904, ubi dicitur;

وفي حادي عشرين ذو الحجة كسر الامير الدوادار طومان باي النيل

"Die 21^mo^ Dhu'lhhajeti, Emirus Touman-Bei, Dowadarius, Nilum fregit."

Nec non anno 908;

في رابع عشرين المحرم كسر النيل قيت الرجبي اتابك العساكر

"Die 24^to^ Moharrami, Nilum fregit Kait-Aljaji, Exercituum Atabecius."

[91] De نوروز Nuruzo, ſeu feſto Coptico quod tunc temporis celebratur, multa diſſeruit Macrizius in hiſtoriâ ſuâ Ægypti (Cod. MS. in Bib. Acad. Cantab. Dd. 11. 8.)

g

Illo auctore;

هو اول السنة القبطية وهو اول يوم من توت وسنتهم فيه
استعال النيران

" Hic dies primus fuit anni Coptici, et primus menſis Toth; mos eſt ut candelæ hoc tempore accendantur," &c.

Dein multa refert memorabilia quæ in diverſis Nuruzi feſtis acciderant, et tandem verbis ipſis quibus Poeta noſter uſus eſt, narrationem ſuam claudit;

ما انقضي يوم نوروز الا وقتل فيه قليل او اكثير

" Dies Nuruzi, ſine morte aliquorum, nunquam *ad finem ducitur.*"

In rixas et jurgia quæ tempore Nuruzi obtinebant, nonnulla quoque epigrammata ſubjungit; è quibus

ولما اتي النوروز يا غاية المنا
وانت علي الاعراض والهجر والصد
بعثت بنار السوق ليلا الي الحسنا
فنورت صبحا بالدموع علي الخد

" Cùm veniat Nuruz, tu mortis vexillum
Stas in vallibus et pagis et montibus;
Exis noctu cum igne plateorum ad victoriam,
Redis manè cum lachrymis ſuper genas."

In verſibus quos citavit Auctor noſter, ſono *ομοφωνω* verborum مسري Meſori, et مصر Meſſer [Ægyptus] ludit poeta; ſed vis eorum maximè poſita eſſe videtur in voce نوروز Nuruz, quæ et

feſtum Copticum et Emirum Nuruzum-Alhhaftaium denotabat; ideòque verba ينقضي ايام نوروز pariter ſignificarent, *dies feſti Nuruzi peracti ſunt*, atque *de diebus Emiri Nuruzi decretum eſt*.

[92] Templum majus Mohammedanorum vocatur جامع, i. e. Baſilica, ubi totus populus diebus Mecurii et Veneris confluit; aliis diebus minores eccleſias adeunt, dictas مسجد Mesjid, Perſicè مشكو Meſhku, unde noſtratibus perperàm *Moſque*.

[93] Ab hoc Doctore, ſecta orthodoxa Hhanifetenſium diſciplinam ſuam et nomen deduxit. Natus fuit Abi-Hhanifet A. H. 80, obiit in carcere, in quem conjectus fuerat quia munere Judicis fungi recuſaret. Alcoranum, eo quo moriebatur loco ſepties millies perlegiſſe fertur. Sectatores *Maleci*, *Shafei* et *Hanbali* (tres reliquæ apud Mohammedanos ſectæ) vocantur اصحاب الحديث, *Dictorum Mohammedis retinentes*; at aſſeclæ Abi-Hhanifetis اصحاب الراي, *Rationi addicti*.

[94] Nomen huic regi Cyprio fuit Janus vel Johannes; ortum habuit à Luſignano, cui noſter Ricardus 1^mus^ A. D. 1191, inſulæ Cypri dominium detulit. Bellum quod Sultanus cum rege Cypri geſſit fusè narravit auctor libri تواريخ المصر والشام (Cod. MS. in Bib. Acad. Cantab. Dd. 5. 11.) Regem nominat Jabuſum, ejuſque ingenium in carminibus condendis magnoperè celebrat. Hujus exemplum protulit in verſibus quos ad Sultanum Alaſhrafem ſcripſit Jabuſus quum Kahirettæ captivus detentus erat. Rem ita refert;

ويقال انه كان فهما عاقلا عارفا بنظم الشعر بلسانه ويعربه بالترجمان رامي علي شهاب الدين وبعض من معه هذا الابيات انه نظمه وارسلها الي السلطان الاشرف وهي

يا مالك ملك الوري بحسامه
انظر الي برحمة وتلطف
وارحم عزيزا ذلا. وامني بالذي
اعطاك هذا الملك والنصر الوفي
ان لم تومني وترحم غربتي
فبين الود ومن سواك لي يفي

" Scientiâ ac ingenii acumine præditus erat, et in verſibus ſuæ linguæ faciendis non parum artis exhibuit. Horum nonnullos quos ipſe (poſtquam à Ramili-Alide-Shahabeddino, aliiſque, Arabicè fuerant redditi) ad Sultanum Alaſhrafem miſit, hîc ſubjicimus;

Aſpice, Rex magne, jam ulcus cauterio ſubjicitur,
In me converte oculum cum miſericordiâ, ac clementiâ,
Præpotentis jam humi prolapſi miſereſcas, et mihi ſecuritatem concedas, per illum te obſecro
Qui te tali imperio donavit, et tanto favore auxit!
Ni ſalutem mihi præbeas, et malorum meorum miſeriaris
(Per illum juro qui ſolus eſt verum azylum) tibi indignabitur mihique favebit."

[95] Idem in Codice MS. Bib. Acad. Cantab. Dd. 5. 11. his verbis narratur;

وسافر برسباي بنفسه وعسكره في مدة سلطنته مرة واحدة وهي الى امد

" Unam tantùm expeditionem ſuſcepit Barſabeus dum rebus ſummis præerat nempe ad *Amidam*.

[96] Errore calami, ut mihi videtur, hîc المريخ Martem, legimus pro ſigno Zodiaci in quo tunc temporis planeta illa verſabatur; ſed quidnam fuerit ſignum dicere non audeo.

[97] Quid denotet vocabulum الراس omninò neſcio. Multæ quidem ſtellæ fixæ nomen iſtud ſortitæ ſunt; ut راس الحية α Serpentarii; راس الثعبان, γ Draconis; راس الجوزا, α Geminorum, &c. ſed neceſſe eſt ut vox الراس hoc loco vel planetam vel punctum aliud mobile ſignificet.

[98] Secundum Alferganum [Elem. Aſtron. pag. 3.] " Auſpicantur Arabes diem quemque, cum ſuâ nocte (id eſt diem civilem) ab eo momento quo Sol occidit; propterea quòd dies cujuſque menſis apud illos ineunt à primâ Lunæ viſione; ea autem contigit circa Solis occaſum."

Arabes diem in has partes dividunt;

1. Solis occaſum, quem nominant - المغرب
2. Horam ſecundam poſt Solis occaſum العشا
3. Horam quartam poſt Solis occaſum الشفق
4. Noctem mediam - - نصف الليل
5. Diluculum - - - الفجر
6. Solis ortum - - - الصبح
7. Tempus primi cibi ſumendi, ſcil. horam nonam - - الغدا

8. Meridiem - - - الظهر

9. Horam tertiam post meridiem - العصر

Tempora peragendi quinque precum sunt المغرب, نصف الليل, الفجر, الظهر, et العصر.

[99] Vereor ut hoc vocabulum rectè reddiderim: Turcicè sonat كوشك villa.

[100] Vid. Ind. Geogr. ad calcem Vitæ Saladdini sub voce Misr.

[101] Horum ducum, eâ tempestate duodecim erant; postea verò à Sultano Cansuho numerus eorum ad viginti quatuor augebatur. Hoc docet auctor libri حوادث الزمان (Cod. MS. Dd. 11. 2. Bib. Acad. Cantab.) de anno 905 differens;

المقدمين كانوا اثني عشر فجعلهم اربعة وعشرين

[102] E vivis excessit Ainalus die 15^to Jomadi prioris, A. H. 865, plusquam octonarius.

Sultanorum Circassorum qui in Ægypto regnaverunt à morte Alashrafis usque ad annum Hejræ 923, quo tempore illorum imperium à Turcis eversum fuit, hîc seriem subjungo:

13.	Almalec-Almowid-Shahabeddin-Abu-Alfetah-Ahmed, de regno deturbatus fuit	A.H. 865
14.	Almalec-Aldhaher-Saifeddin-Abu-Said-Khoshkadem-Alrumi, obiit -	872
15.	Almalec-Aldhaher-Abu-Said-Belbai, imperio amotus est - -	872
16.	Almalec-Aldhaher-Abu-Said-Temar-Boga-Aldhaheri, regno spoliatus est	872
17.	Almalec-Alashraf-Caitbai-Almahmudi-Aldhaheri, obiit - -	901

18.	Almalec-Alnaſr-Abu-Alſaadat-Mohammed, interfectus eſt - -	A.H. 904
19.	Almalec-Aldhaher-Abu-Said-Canſuh, throno pulſus fuit - -	905
20.	Almalec-Alaſhraf-Abu-Almanſur-Janbelat-Alaſhrafi-Caitbai, de regno deturbatus eſt - - -	906
21.	Almalec-Aladel-Saifeddin-Tuman-Bai-Alaſhrafi-Alcaitbai, interfectus eſt	906
22.	Almalec-Alaſhraf-Abu-Alnaſr-Saifeddin-Canſuh-Algauri, interfectus eſt	922
23.	Almalec-Alaſhraf-Tuman-Bai-Alaſhrafi, juſſu Selimis Imperatoris Turcarum ad portam Kahirettæ, Zawilet dictam, cruci affixus fuit -	923

Hunc exitum habuit Mamlucorum imperium, quod per annos ferè 275, quà Turcomanni quà Circaſſi obtinuerant.

السلطانية وغيرهم بسبب توليته لولده اتابك العساكر وقالوا لم تجر العادة بولاية بن سلطان اتابك العساكر فلما بلغ ذلك السلطان الملك الاشرف عزل ولده واستقر به علي اقطاع امير ماية ومقدم الف علي عادة واستقر بالامير يشبك البردبكي اتابك العساكر واستقر بالامير خشقدم الناصري امير سلاح عوضا عن يشبك المذكور واستقر الامير جاني بك القرباني الظاهري برقوق ˉ حاجب الحجاب عوضا عن خشقدم المذكور *

واستمر الملك الاشرف علي ذلك واخذ واعطي وامر ونهي وعزل وولي واستعجل امره وصفا له الوقت وحكم الباطن الي الله تعالي *

---

† In codice اسحل

واستمر جلوسه بالقصر الي يوم الخميس وهذه عادة السلاطين *

واصبح في يوم الثلاثا اخلع علي من يذكر من الامرا فاستقر بولده احمد اتابك العساكر عوضا عن نفسه واستقر الامير ينبك البردبكي امير مجلس امير سلاح عوضا عن تنم من عبد الرزاق المويدي بحكم القبض عليه واستقر طوخ من تمراز امير مجلس عوضا عن ينبك المذكور واستقر الامير جرماس المحمدي الناصري المعروف بكرد امير اخور كبير عوضا عن قانباي الجاركسي بحكم قبض عليه واستقر الامير يونس السيفي اقباي دوادارا كبيرا عوضا عن تمربغا الظاهري بحكم القبض عليه واستقر الامير قرقماس المعروف بالجلب راس نوبة النوب عوضا عن الامير اسنبغا الطياري بحكم وفاته واخلع علي الامير خشقدم الناصري المويدي باستمرارة علي حجوبية الحجابه واخلع علي جماعة كثيرة بعدة وظايف استوعبنا ذلك في كتابنا المسمي بحوادث الدهور في مدي الايام والشهور وغيره *

ثم تغير شي من ذلك لكلام وقع بين المماليك

سبع وخمسين وثمان مائة في اول ساعة من النهار المذكور بعد طلوع الشمس نحو ست درجات في ساعة القمر والطالع الحمل *

وكان قد بويع بالسلطنة غير مرة في غالب ايام الفتنة في يوم الاربعا ثالث الشهر المذكور ثم في يوم الجمعة خامسه وهو يوم خلع المنصور ثم في يوم السبت سادسه وفي عصر يوم الاحد وهو وقت طلوعه باب السلسلة بعد انهزم المنصور لكن لم يحرر ذلك وقت جلوسه على التخت وركوبه باهبة السلطنة *

ولما ركب بشعار السلطنة خرج من مبيته الحراقة من باب السلسلة وركب فرس النوبة على عادة وحمل ولده المقام الشهابي احمد القبة والطير على راسه حتي طلع من الاسطبل السلطاني الي القصر وجلس علي تخت الملك وقبلت الامرا الارض بين يديه واخلع على الخليفة امير المومنين القايم بامر الله ابي البقا حمزة قرقلا في حرير ابيض مطرز مزركش بوجه اخضر وقيد له فرسا بسرج ذهب وكنبوش مزركش *

في عصر يومئذ وتسحب المنصور الي الحريم الي ان طلبه الاتابك اينال بعد السلطنة وقبض عليه واسكنه بالبحرة بالحوش السلطاني محتفظا به الي يوم الاحد ثامن عشرين شهر ربيع الاول المذكور حمل مقيد الي ثغر الاسكندرية وكان نزوله من القلعة وقت الظهر من يوم المذكور راكبا علي فرس مقيدا بمفرده من غير ان يركب خلفه اوجاقي علي العادة والامرا والخاسكية حوله بسلاح وغير سلاح ونزلوا به من باب القرافة ومروا به علي المجراة الي ان وصلوا به الي مصر القديمة وانزلوه بالحراقة فسافر من يومه ومسفره الامير خيربك المويدي امير اخور ثاني وجماعة من المماليك السلطانية وقد استوعبنا ذلك كله في ترجمته في تاريخنا الكبير *

السلطان السادس والثلثون من ملوك الترك والثاني عشر من الجراكسة السلطان الملك الاشرف ابو النصر اينال العلاي الظاهري ثم الناصري

تسلطن بعد خلع الملك المنصور عثمان بن جقمق في بكرة يوم الاثنين ثامن شهر ربيع الاول سنة

وثمانماية وركب لشعار الملك من قاعة الدهيشة عند
اقتسم الساعة الثانية من النهار المذكور فان
الطالع اذ ذاك برج الحوت والغارب برج السنبلة
والمتوسط برج القوس والساعة المريخ والقمر بالوجه
الثالث من برج العقرب وكانت البيعة بعد الشمس
بخمس وعشرين درجة وركوبه باهبة السلطنة في نحو
الثلاثين درجة وحمل الامير الكبير اينال العلاي القبة
والطير علي راسه الي ان جلس علي تخت الملك
بالقصر السلطاني من قلعة الجبل ثم عاد الي سكنة
الحوش من يومه الي ان توفي الملك الظاهر جقمق
انتقل الي الدور السلطانية واستمر علي ذلك الي ان
وقعت الفتنة بينه وبين الاتابك اينال العلاي حسبما
ذكرناه مبسوطا في ترجمتهما في غير هذا الكتاب
وقع القتال بينهما من يوم الاثنين مستهل شهر
ربيع الاول من سنة المذكورة الي يوم الجمعة خامس
الشهر فاجتمع القضاة عند الاتابك اينال مع من كان
معه من الامرا والجند وغيرهم واتفقوا جميعا علي
خلع المنصور فخلع من السلطنة وبويع اينال المذكور
بالافطا ونودي بذلك في القاهرة واستمر القتال بين
الطايفتين في كل يوم الا يوم الاحد سابع ربيع
الاول انتصر الاتابك اينال وملك القلعة وطلع اليها

الاستحالة وجميع ما وقع منه في حق العلما والفقها كان السبب فيه سو الواسطة لانه كان على قاعدة الاتراك يدعي عنده لمن سبق وبالجملة فكان لا باس به بالنسبة الي بنا جنسه لان محاسنه كانت اكثر من مساويه لانه كان عفيفا عن المسكرات والفروج قديما وحديثا وكانت صفته الي القصر اقرب حسن الشكل منور الشيبة احمر اللون فصيح اللسان فاضلا متفقها يذاكر بالمسايل الفقهية كثير التعصب لمذهب ابي حنيفة رضي الله عنه ومات وسنه نحو الثمانين سنة رحمه الله وعفا عنه *

السلطان الخامس والثلثون من ملوك الترك وهو الحادي عشر من الجراكسة السلطان الملك المنصور ابو السعادات عثمان بن السلطان ابو سعيد جقمق العلاي

وامه ام ولد رومية تسلطن بتفويض من ابيه في حياته بعد خلع نفسه في مرض موته في يوم الخميس حادي عشرين المحرم سنة سبع وخمسين

ثم صفي الوقت للملك الظاهر واخذ واعطي وامر ونهي وقرب اقواما وابعد اخرين ولم يزل علي ذلك الي ان مرض وتمادي به المرض اشهرا الي ان خلع نفسه وكان مرضه في سنة ست وخمسين وثمان ماية وسلطن عثمان في اليوم المذكور *

ومات بعد ذلك في ليلة الثلاثا رابع صفر من السنة المذكورة وصلي عليه الخليفة القايم بامر الله وحضر ولده السلطان الملك المنصور الصلاة عليه بباب القلة من قلعة الجبل في صبيحة يوم الثلاثا وكانت جنازته مشهودة من غير هرج ولا غوغا بخلاف جنايز الملوك وذلك لطمانينة الناس بسلطنة ولده السلطان الملك المنصور قبل تاريخه ودفن بتربة اخيه الامير جركس القاسمي المصارع التي جددها مملوكه الامير قانباي الجاركسي امير اخور تجاه الناصرية بالقرب من دار الضيافة *

وكان الملك الظاهر دينا خيرا كريما متواضعا محببا للفقها والعلما والصالحين معظما لهم يقوم لمن دخل عليه من الفقها والعلما والصالحين مع حدة كانت فيه وبطش وشراسة خلق كان سريع

فبينما هو كذلك اذ عصي عليه الاتابك قرقماس الشعباني فواقعه الملك الظاهر جقمق وانتصر عليه واخر الحال انه قبض عليه وسجنه بالاسكندرية ثم انه ضرب عنقه بامر الشرع لامر اقتضي ذلك حسبما رسم ذكرناه في ترجمة قرقماس المذكور في كتبنا المطولة واقام بعد ذلك مدة ثم خرج عن طاعته الامير تغري برمش نايب حلب ثم عصي اينال الجكمي نايب الشام بعد مدة قليلة ثم تسحب الملك العزيز من محبسه بقاعة البربرية من الدور السلطانية بالقلعة *

فترادفت الاهوال علي الملك الظاهر بسبب ذلك اما ما كان من امر اينال الجكمي نايب الشام وتغري برمش فانه ارسل اليهما جيشا كثيرا فواقع العسكر كلا منهما بانفرادة واخر الحال ان العسكر السلطاني الظاهري انتصر وظفر بكل منهما وحزت راسهما وارسلتا الي الملك الظاهر بالقاهرة وكانت قتلة اينال الجكمي بقلعة دمشق وقتلة تغري برمش تحت قلعة حلب واما الملك العزيز فانه ظفر به بعد اشهر بالقاهرة وقبض عليه حسبما ذكرناه مفصلا في ترجمة الظاهري وغيرها في غير هذا المحل *

القوس والمريخ في الخامس من المريخ والزهرة في الحادي عشر من الاسد وعطارد في الرابع عشر من السنبلة والراس في الثاني من الميزان *

واصبح من الغد خلع علي جماعة من الامرا وغيرهم واستقر الامير قرقماس الشعباني امير اتابك العساكر عوضا عن الملك الظاهر المذكور واستقر الامير اقبغا التمرازي امير سلاح عوضا عن قرقماس المذكور واستقر الامير يشبك السودوني المعروف بالمشد حاجب الحجاب امير مجلس عوضا عن اقبغا المذكور واستقر الامير تمراز العرمسي راس نوبة امير اخور كبير عوضا عن الامير جانم الاشرفي بحكم القبض عليه واخلع علي الامير اركماس الظاهري باستمراة في الدوادارية الكبري واستقر الامير قراقجا الحسني الظاهري برقوق راس نوبة النوب عوضا عن تمراز العرمسي واستقر تغري بردي البكلمشي المعروف بالموذي حاجب الحجاب عوضا عن يشبك السودوني المذكور وانعم علي جماعة كثيرة بتقادم الوف ذكرناهم في غير هذا المحل وشرع في النفقة علي المماليك من يوم السبت ثاني عشرينه لكل شخص من المماليك السلطانية ماية دينار واحد واحطي *

يوم السبت بعد العصر ثالث عشر ذي الحجة الحرام فلم تطل ايامه وكثر الكلام بين حاشية والده ومماليكه وبين الاتابك جقمق العلايي ووقع بينهم امور مبسوطة ذكرناها في ترجمته في تاريخنا المطول المسمي بالمنهل الصافي والمستوفي الوافي الي ان خلع وتسلطن الملك الظاهر جقمق العلايي في يوم خلعه علي ما سياتي في سلطنة الملك الظاهر جقمق *

السلطان الرابع والثلثون من ملوك الترك والعاشر من الجراكسة السلطان الملك الظاهر ابو سعيد جقمق

جلس علي تخت الملك في يوم خلع الملك العزيز وذلك في يوم الاربعا تاسع عشر ربيع الاول سنة اثنين واربعين وثمانماية علي مضي سبع عشرة درجة من النهار والطالع برج الميزان وعشر درجات وخمس وعشرون دقيقة وكانت الشمس في سادس وعشرين من السنبلة والقمر في العاشر من الجوزا وزحل في الثاني والعشرين من الحمل والمشتري في سابع عشر من

في الدولة الناصرية والمويدية لكثرة تجاريدهما واشتغلهما بما هواهم من ذلك ومع طول مكثه في مملكة لم يجرد للبلاد الشمالية غير مرة واحدة من غير امر يوجب ذلك وهي سفرة الي امد† في سنة ست وثلاثين وبالجملة فهو اعظيم ملوك الجراكسة بعد الظاهر واحسنهم حالا وكان هيبية طوالا رقيقا حسن الشكل منور الشيبة ومات وسنه ينيف علي ستين سنة رحمه الله تعالي وعفا عنه *

السلطان الثالث والثلثون من ملوك الترك والتاسع من الجراكسة السلطان الملك العزيز ابو المحاسن يوسف بن الملك الاشرف ابي النصر برسباي

وامه ام ولد جاركسية تسمي جلبان تزوجها والده وجعلها خوند الكبرا وسكنها بقاعة العواميد *

ولي المملكة بعد موت ابيه بعهد منه اليه في

† In codice امه

ولا نزال الي ان توفي الاشرف لم يعص عليه احد
وما اظن ذلك وقع لملك قبله مع طول مدته
ولم يزل الناس في امن ورخا الي ان توفي يوم
السبت بعد مرض طويل ثالث عشر شهر ذي الحجة
سنة احدي واربعين وثمانماية *

وكان ملكا جلالا مهابا لينا ذا حرمة وسكينة
ووقار وكان عاقلا مدبرا سيوسا حريصا محبا
لجمع المال جمع في الخزانة من الذهب والقماش
والامتعة وغير ذلك ما اتعب الملك الظاهر جقمق
في تفرقته وخلف من الخيول والسلاح شيا كثيرا
وزادت مماليكه المشترواوات علي الفين مملوك بل
قريبا من ثلاثة الاف وعمر المدرسة الاشرفية بالقاهرة
ووقف عليها عدة اماكن وعمر جامعا بمنشاة خانقاة
سرياقوس جا في غاية الحسن ووقف عليه ايضا عدة
اماكن وارسل العسكر لغزوا الفرنج مرارا عديدة
وفتحت علي يديه مدينة قبرس واتي بملكها بين
يديه اسيرا منكس الاعلام وهذا لم يقع لملك من
ملوك الترك غيره وسافر الحج رحبية وكان ذلك قد
انقطع من مدة سنين وعمرت في ايامه عدة قري
وبلدان بالوجه القبلي والبحري التي كانت قد خربت

السلطان من الامير اسندمر النوري نايب الاسكندرية
بان الامير جاني بك الصوفي فر من سجن
الاسكندرية وشق ذلك علي السلطان وقلق منه
قلقا عظيما حسبما ذكرناه في تاريخنا الحوادث *

وفي يوم الخميس عاشر شوال اخلع السلطان علي
جمال الدين يوسف بن الصفي الكركي كاتب السر
الشريف بالديار المصرية بعد علم الدين داود بن
الكويز *

ثم دخلت سنة سبع وعشرين وثمانمايه ففي ثالث
عشرين المحرم اخلع السلطان علي الامير سودون
من عبد الرحمن الدوادار الكبير واستقر بنيابة دمشق
عوضا عن تنبك البجاشي بحكم خروجه عن
الطاعة وكان تنبك المذكور قد تولي الشام بعد
تنبك العلاي المتقدم ذكره في العام الماضي فنزل
سودون من وقته ساير الي الشام من غير ان
يدخل الي داره وتوجه للقتال بتنبك المذكور وقاتله
فانتصر عليه وحز راسه وارسلها الي الاشرف بالديار
المصرية ذكر ذلك مفصلا في عدة اماكن من مصنفنا
لضيق هذا المختصر عن الاسهاب في ذلك *

العلاي المعروف بلبغا نايب الشام خلعة السفر وتوجه من يومه الي محل كفالته *

وفي يوم الخميس الموافق لتاسع عشرين ابيب اوفي النيل وهذا من النوادر *

فاستبشر الناس بسلطنة الاشرف المذكور *

ثم دخلت سنة ست وعشرين ففي يوم الثلاثا خامس عشرين شهر ربيع الاول ثارت ريح مريسية طول النهار فلما كان قرب المغرب ظهر في السما صفرة كست الجو ثم اظلم النهار حتي صار مثل الوقت العتمة فما بقي احد الا واشتد جزعه من ذلك فلما كان قبل المغرب بقليل اخذ الظلام ينجلي قليلا قليلا ثم عقبه ريح عظيم كادت المباني يتساقطن منه وعمت هذة الريح قري مصر جميعا *

وفي شهر رجب من هذه السنة ابتدا السلطان بعمارة مدرسة الاشرفية تجاه العنبريين *

وفي يوم الجمعة سابع شعبان ورد الخبر علي

السلطان الثاني والثلاثون من ملوك الترك والثامن من الجراكسة السلطان الملك الاشرف برسباي الدقماقي الظاهر برقوق

اعتقه الملك الظاهر وجعله من جملة المماليك السلطانية وترقي في الدول من بعده الي ان تسلطن وملك الديار المصرية في يوم الاربعا ثامن شهر ربيع الاخر سنة خمس وعشرين وثمانماية *

واصبح من الغد في يوم الخميس تاسعه اخلع علي الامرا وهم الامير يلبغا المظفري امير سلاح واسنقر اتابك العساكر وعلي الامير تخفت امير مجلس واسنقر امير سلاح عوضا عن يلبغا المذكور وعلي اقبغا التمرازي امير مجلس عوضا عن تخفت المذكور وعلي سودون من عبد الرحمن دوادارا كبيرا وعلي تخصروة من تمرازي امير اخور وعلي جقمق العلاي حاجب الحجاب وعلي ازبك راس نوبة النوب *

وفي يوم الثلاثا ثالث عشره خلع علي الامير تنبك

السلطان الحادي والثلاثون من ملوك الترك والسابع من الجراكسة وهو السلطان الملك الصالح محمد بن الظاهر ططر

اقيم في السلطنة بعهد من ابيه وعمره نحو عشرين شهر وذلك في يوم الاحد رابع ذي الحجة سنة اربع وعشرين وثمانماية *

وتولي الامير جاني بك الصوفي تدبير المملكة فلم يكن من قليل حتي حصلت وقعة فمسك فيها الامير جاني بك المذكور وصار المتكلم في المملكة الامير برسباي الدقماقي ثم عن قليل خلع السلطان وتسلطن برسباي المذكور *

السلطان الثلاثون من ملوك الترك والسادس من الجراكسة وهو السلطان الملك الظاهر ابو الفتح قطز

ولي المملكة في يوم الجمعة تاسع عشرين شعبان سنة اربع وعشرين *

خرج بعد تاريخة من دمشق طالب القاهرة المحروسة فوصلها في يوم الخميس رابع شهر شوال فاخذ واعطي وامر ونهي الي يوم الاثنين ثاني عشرينه اصبح مريضا ولزم الفراش وصار يطيب ثم ينتكس حتي توفي يوم الاحد رابع ذي الحجة سنة اربع وعشرين وثمانماية *

قال الشيخ تقي الدين المقريزي في ترجمته كان يميل الي تدين وفيه لين واعطا وكرم مع طيش وخفة شديد التعصب لمذهب الامام ابي حنيفة رضي الله عنه واتلف في مدته مع قلتها اموالا عظيمة وحمل الدولة كلفا كثيرة واتعب بها من بعده ولم تطل ايامه حتي تشكر افعاله او تذم *

السلطان التاسع والعشرون من ملوك الترك وهو الخامس من الجراكسة وهو الملك المظفر ابو السعادات احمد بن الملك المويد شيخ

تولي السلطنة يوم مات ابوه على مضي خمس درج من نصف نهار الاثنين تاسع المحرم سنة اربع وعشرين وثمانماية وعمره سنة واحدة وثمانية اشهر وتسعة ايام وتولي ططر تدبير مملكته *

ثم تجرد بالسلطان نحو البلاد الشامية ثم تزوج الامير ططر بوالدة المظفر وهي خوند سعادات بنت الامير درغيمش احد امرا دمشق *.

فلم يقيم المظفر غير اشهر وخلع وتسلطن ططر وذلك في يوم الجمعة تاسع عشرين شهر شعبان *

الي ان دخلت سنة اربع وعشرين قوي عليه المرض واشتد به في شهر الله المحرم فمات في الاثنين تاسعه *

وكان ملكا شجاعا عارفا مهابا سفاكا للدما بخيلا شرها في جمع المال كاستاذه برقوق عمر عدة جوامع منها الجامع المويدي داخل بابي زويلة الذي لم في زماننا هذا مثله وكان يحب العلما والفقرا ويجالسهم ويعطي اموالهم ذا فهم وعقل زايد غير انه كان علي الامرا وعلي الجند ذا خلق سيي مسرفا علي نفسه رحمه الله وعفا عنه *

وفي هذا السنة وقع بالقاهرة غلا مفرط ثم عقبه الطاعون *

ثم دخلت سنة تسع عشرة وثمان ماية في عشر ذي الحجة انزل الخليفة المستعين بالله من حبسه ومضي به الي ثغر الاسكندرية وصحبته ايضا اولاد الناصر فرج *

